MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81627-7

AUTHOR:

DROYENS, ERNST

TITLE:

QUAESTIONES DE ARISTOPHANIS RE...

PLACE:

BONNAE

DATE:

1868

Master Negative #

93-81627-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ar5 Droysen, Ernst. 1844-
DZ2 v.2 Quaestiones de Aristophanis re scaenica.
Bonnae 1868. 0. [3], + 80 + [2] p.
Doctor's dissertation at Berlin university.
No. 1 of a vol. of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/2/93   INITIALS BF
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Contents.

QUAESTIONES DE ARISTOPHANIS RE SCAENICA

DISSERTATIO PHILOLOGICA
QVAM
AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN ACADEMIA
FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT
ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XXV MENSIS IANVARII A. MDCCCLXVIII
PVBLICE DEFENDET

ERNESTVS DROYSEN
BORVSSVS

ADVERSARII ERVNT
OSCAR HASE
OTTO LVEDERS
EDVARDVS HILLER

BONNAE
FORMIS CAROLI GEORGI
MDCCCLXVIII

OTTONI KVEBLER

PIETATIS CAVSSA

Quaesituris nobis, quonam scaenae ornatu Aristophanes in docendis fabulis usus fuerit, una eademque res et commodo est et difficultatem tamen praebet non parvam, inopiam dico maioris momenti locorum, quibus de hac rei scaenicae parte doceamur. Quum in universum de veterum re scaenica parum traditum est, tum quomodo scaena ipsa ad docendas fabulas machinis picturisque ornata fuerit, quia quibus haec intellegeremus certioribus testimoniis caremus, omnino fere ignoramus. De tragoediis quidem quo scaenae ornatu a poetis productae sint, quum uberiores fontes extent, paullo certius quam quod ad Aristophanis comoediarum rem scaenicam attinet possumus iudicare. Apud quem ita res se habet, ut praeter ipsius poetae et qui eum interpretati sunt, grammaticorum verba scholiis tradita vix veterum quisquam scriptorum inveniatur, qui ad hanc rem pertinentia tractaverit. Equidem tamen spero pro virili parte indagaturum me quaenam singulis in Aristophanis comoediis imagines scaenae ornatu spectatoribus repraesentatae fuerint. Sed ne maius appetere videar, quam quod pro viribus assecuturum me esse confido, ita propositam rem aggrediar, ut hac quidem occasione quaestionem de machinis veterum scaenicis, de pingendi scaenas arte, quam vocabant *σκιαγραφίαν*, missam faciam, inquisiturus solum, quonam loco Aristophanis comoedias singulasque earum partes quibusque in theatri partibus — sive in pulpito, sive in theologeo, quod dicunt — actas esse sit statuendum, qualesque res in picturis repraesentatas fuisse opus fuerit. Hac ratione priusquam rem aggrediamur, spectandum nobis erit, quo modo poetae

verba notaeque scholiastarum interpretanda sint aut liceat potius ea interpretari. Et primum quidem, quum inter omnes fere homines doctos constet scaenicos poetas pronominibus: *ὅδε* ut *οὑτοσί* similibusque eas solas res vel personas significare, quae in ipsa scaena a spectatoribus conspiciantur, nos etiam locos vel aedificia ad quos poeta animum nostrum talibus pronominibus vertit, sive picturis repraesentatas fuisse sive genuina ipsorum forma extructa statuemus. Acharnensium exempli gratia fabulae versu 20, quum Dicaeopolis verbis *ἡ πνὺξ αὑτηί* locum quo res agitur indicet, necesse est Pnycem scaenae ornatu depictam fuisse [1]. Sed noli putare eas solas res, aedificia vel supellectilem conspici, quae poeta pronominibus illis significaverit. Pleraque enim quibus scaenae ornatae erant facile e poetae verbis intellegi possunt, quum ipse quo loco agatur res indicet saepiusque satis perspicue locos describat. Vesparum quaeso fabulae memor sis qua, quamquam non tota Bdelycleonis villa ipsis verbis describitur, tamen, quum in singulas aedificiorum partes spectatorum oculi vertantur, facultatem poeta, qualem conspectum praebuerit illius domus, concludendi nobis dat commodam. Nec raro fit, ut histriones ipsi partes quas agunt neglegentes de scaena eiusque ornatu verba faciant. Sic Trygaeus quum in cantharo — i. e. machina — in caelum ascendere conetur, metu ne in pulpitum cadat affectus machinatorem ne ipsum deiciat adhortatur [2], eademque ratione Euripides in Acharnensium fabula, in Thesmophoriazusarum Agatho machinatorem eccyclemate ipsos evolvere iubent. Similiter Maniae scaenico servo Cinesias puerum asportandum tradit.

His similibusque rebus quamquam satis dilucide poeta nos de fabularum re scaenica edocet, optimam indagandi scaenae ornatus ansam habemus constanti verborum *εἰσιέναι, ἐξιέναι, εἰσέρχεσθαι, ἐξέρχεσθαι, εἰσάγειν, εἰσφέρειν* caeterorumque usu. In quam rem, quum adhuc fere a nemine accuratius tractata sit, nunc nobis inquirendum est, nec spero taedio te affectum iri, si exemplorum seriem admodum longam perlegeris, quam componere constitui ut magis dilucide rem tibi demonstrarem.

1 cf. quae infra de hac re agam (p. 34).

2 cf. Daedali Aristophaneae frgm. IX (Bergkii) *ὁ μηχανοποιός, ὁπότε βούλει τὸν τροχὸν ‖ ἐλᾶν ἀνεκάς, λέγε, χαῖρε φέγγος ἡλίου.*

I a

Ach. 969	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	*ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ τόδε λαβὼν τὸ φορτίον*
		εἴσειμ' ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων.
Plut. 1091	*ΝΕΑΝΙ.*	*ἐγὼ δέ γ' οὐκ εἴσειμι.*
Plut. 1168	*ΕΡΜΗΣ*	*οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσ[illegible]ν;*
Av. 656	*ΠΙΣΘΕΤ.*	*οὕτω μὲν εἰσίωμεν.*
Vesp. 1008	*ΒΔΕΛΥΚΛ.*	*ἀλλ' εἰσίωμεν.*
		= Pac. 1302 Lysistr. 779 Ran. 812 Plut. 249
Ran. 507	*ΘΕΡΑΠ.*	*. . . . ἀλλ' εἴσιθι.*
		= Ran. 512 517 Danaid. frgm. V (Bergkii)
Ran. 669	*ΑΙΑΚΟΣ*	*. . . . . ἀλλ' εἴσιτον.*
Pac. 1207	*ΤΡΥΓΑΙΟΣ*	*ἴθι νυν καταθέμενοι παρ' ἐμοὶ ταῦτ' εἴσιτε*
		ἐπὶ δεῖπνον ὡς τάχιστα.
Nub. 195	*ΜΑΘΗΤΗΣ*	*ἀλλ' εἴσιθ', ἵνα μὴ 'κεῖνος ὑμῖν ἐπιτύχῃ.*
Vesp. 177	*ΒΔΕΛΥΚΛ.*	*ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἔξαγ' ἔνδοθεν.*
Pac. 49	*ΟΙΚΕΤ. Β*	*ἀλλ' εἰσιὼν τῷ κανθάρῳ δώσω πιεῖν.*
Pac. 288	*ΠΟΛΕΜΟΣ*	*ἐγὼ δὲ δοίδυκ' εἰσιὼν ποιήσομαι.*
Pac. 1219	*ΟΠΛ. ΚΑΠ.*	*ἔνεγκε τοίνυν εἰσιὼν τὰς ἰσχάδας.*
Pac. 1296	*ΤΡΥΓΑΙΟΣ*	*ᾆσον πρὶν εἰσιέναι τι.*
Nub. 498	*ΣΩΚΡΑΤ.*	*οὐκ ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.* (?)
Ran. 519 [3]	*ΞΑΝΘΙΑΣ*	*ἴθι νυν φράσον πρώτιστα ταῖς ὀρχηστρίσιν*
		ταῖς ἔνδον οὔσαις αὐτὸς ὅτι εἰσέρχομαι.
Plut. 1094	*ΓΡΑΥΣ*	*βάδιζ'· ἐγὼ δέ σου κατόπιν εἰσέρχομαι.*
Nub. 499	*ΣΤΡΕΨΙΑΔ.*	*ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.*
Pac. 842	*ΤΡΥΓΑΙΟΣ*	*ἀλλ' εἴσαγ' ὡς τάχιστα ταυτηνὶ λαβών.*
Thesm. 930 [4]	*ΠΡΥΤΑΝΙΣ*	*. . . . δῆσον αὐτὸν εἰσάγων*
		ἐν τῇ σανίδι.
Av. 647	*ΠΙΣΘΕΤ.*	*. . εἰσηγοῦ σὺ λαβὼν ἡμᾶς.*
Ach. 893	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	*ἀλλ' ἔσφερ' αὐτήν* (sc. *τὴν ἔγχελυν*).
Plut. 227	*ΚΑΡΙΩΝ*	*. . . . . τουτοδὶ τὸ κρεάδιον*
		τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.

3 spurii sunt versus 519 520.

4 hoc de versu infra erit disputandum.

Eccl. 925	ΝΕΑΝΙΣ	οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ.
Plut. 231	ΧΡΕΜΥ.	εἴσω μετ' ἐμοῦ δεῦρ' εἴσιθ'.
Ran. 503	ΘΕΡΑΠΑΙ.	.... δεῦρ' εἴσιθι.
Av. 646	ΕΠΟΨ	.... δεῦρο τοίνυν εἴσιτον.
Av. 202	ΕΠΟΨ	δευρὶ γὰρ ἐσβὰς αὐτίκα μάλ' ἐς τὴν λόχμην.
Eccl. 1037	ΓΡΑΥΣ Α	..... εἰς ἐμαυτῆς εἰσάγω.
Av. 642	ΕΠΟΨ	εἰσέλθετ' ἐς νεοττίαν τε τὴν ἐμήν.
Av. 207	ΠΙΣΘΕΤ.	.... ὡς τάχιστ' ἐς τὴν λόχμην
		ἔσβαινε.

Plut. 231	ΧΡΕΜΥ.	εἴσω μετ' ἐμοῦ δεῦρ' εἴσιθ'.
Plut. 1088	ΝΕΑΝΙΑΣ	ἄλλ' εἴσιθ' εἴσω.
Thesm. 265	ΑΓΑΘΩΝ	εἴσω τις ὡς τάχιστά με εἰσκυκλησάτω.
Vesp. 402	ΦΙΛΟΚΛ.	.. ἐπαρήξετέ μοι, πρίν μ' εἴσω μᾶλλον ἄγεσθαι.
Av. 1056	ΠΙΣΘΕΤ.	ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενὶ
		θύσοντες εἴσω τοῖς θεοῖσι τὸν τράγον.
Plut. 768	ΓΥΝΗ	φέρε νυν ἰοῦσ' εἴσω κομίσω καταχύσματα
Eccl. 510	ΠΡΑΞΑΓ.	... ἐγὼ δὲ βούλομαι
		εἴσω παρερπύσασα πρὶν τὸν ἄνδρα με
		ἰδεῖν, καταθέσθαι θοἰμάτιον.
Av. 436	ΕΠΟΨ	ταύτην (sc. τὴν πανοπλίαν) λαβόντε κρεμάσατον τυχἀγαθῇ
		ἐς τὸν ἰπνὸν εἴσω τοὐπιστάτου. (?)
Eq. 1249	ΠΑΦΛ.	κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυστήμονα.
Eq. 1110	ΠΑΦΛ.	τρέχοιμ' ἂν εἴσω πρότερος.
Vesp. 1444	ΒΔΕΛΥΚΛ.	εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν.
Pac. 1020	ΤΡΥΓΑΙ.	.... ἀλλ' εἴσω φέρων
		θύσας τὰ μηρί' ἐξελὼν δεῦρ' ἔκφερε.
Ran. 1479	ΠΛΟΥΤ.	χωρεῖτε τοίνυν ὦ Διόνυσ' εἴσω.

I b

Nub. 633	ΣΩΚΡΑΤ.	.... ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών.
Thesm. 66	ΘΕΡΑΠ.	.... αὐτὸς γὰρ ἔξεισιν τάχα.
Ran. 946	ΕΥΡΙΠΙΔ.	ἀλλ' οὑξιὼν πρώτιστά μοι μὲν τὸ γένος εἶπ' ἂν εὐθὺς
		τοῦ δράματος.
Pac. 232	ΕΡΜΗΣ	.... καὶ γὰρ ἐξιέναι γνωμὴν ἐμὴν
		μέλλει.

Vesp. 144	ΦΙΛΟΚΛ.	... καπνὸς ἔγωγ' ἐξέρχομαι.
Lys. 431	ΛΥΣΙΣΤΡ.	ἐξέρχομαι γὰρ αὐτομάτη.
Ach. 240	ΧΟΡΟΣ	.... θύσων γὰρ ἀνὴρ ὡς ἔοικ' ἐξέρχεται.
Av. 92	ΕΠΟΨ	ἄνοιγε τὴν ὕλην, ἵν' ἐξέλθω ποτέ.
Av. 511	ΕΥΕΛΠΙΔ.	... καὶ δῆτά μ' ἐλάμβανε θαῦμα
		ὁπότ' ἐξέλθοι Πρίαμός τις ἔχων ὄρνιν ἐν τοῖσι τραγῳδοῖς.
Eq. 726	ΑΛΛΑΝΤΟ.	.... νὴ Δί' ὦ πάτερ
		ἔξελθε δῆτ'.
		= Eq. 726 727 Nub. 1165 1468
Eccl. 331	ΒΛΕΠΥΡ.	οὐκ ἀλλὰ τῆς γυναικὸς ἐξελήλυθα
		τὸ κροκωτίδιον ἀμπισχόμενος οὑνδύεται.
Ach. 1123	ΔΙΚΑΙΟΠ.	καὶ τῆς ἐμῆς τοὺς κριβανίτας ἔκφερε.
		= Nub. 19
frgm. incert. XVII(Bergkii)		ἐκφέρετε πεύκας κατ' Ἀγαθῶνα φωσφόρους. (?)
Vesp. 852	ΒΔΕΛΥΚΛ.	... ἐς κόρακας, ὡς ἄχθομαι
		ὁτιὴ 'πελαθόμην τοὺς καδίσκους ἐκφέρειν.
		= Thesm. 726 Plut. 624
Vesp. 845	ΦΙΛΟΚΛ.	ἀτὰρ τί τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε;
Thesm. 1007	ΤΟΞΟΤΗΣ	πέρ' ἐγὼ 'ξινίγκι πορμός, ἵνα πυλάξι σοι.
Ach. 1107	ΛΑΜΑΧΟΣ	τὸ λοφεῖον ἐξένεγκε τῶν τριῶν λόφων.
		= Eq. 95 Pac. 1238 Eccl. 744
Ran. 847	ΔΙΟΝΥΣΟΣ	ἄρν' ἄρνα μέλανα παῖδες ἐξενέγκατε.
Nub. 634	ΣΤΡΕΨΙΑΔ.	ἀλλ' οὐκ ἐῶσί μ' ἐξενεγκεῖν αἱ κόρεις.
Eccl. 76	ΓΥΝΗ Α	ἔγωγέ τοι τὸ σκύταλον ἐξηνεγκάμην.
		τὸ τοῦ Λαμίου τουτὶ καθεύδοντος λάθρα.
		= Eccl. 513
Ran. 799	ΑΙΑΚΟΣ	καὶ κανόνας ἐξοίσουσι.
Lys. 921	ΜΥΡΡΙΝΗ	καίτοι τὸ δεῖνα ψίαθός ἐστ' ἐξοιστέα.
Eccl. 754	ΧΡΕΜΗΣ	πότερον μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας
		αὔτ' ἢ φέρεις ἐνέχυρα θήσων;
Lys. 875	ΜΥΡΡΙΝΗ	οὐ γὰρ δεόμενος οὐδὲν ἐκκαλεῖς ἐμέ.
Plut. 1103	ΕΡΜΗΣ	ἀλλ' ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων ταχύ.
Vesp. 270	ΧΟΡΟΣ	... ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας ἐνθάδ' ὦνδρες
		ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν.
Vesp. 220	ΒΔΕΛΥΚΛ.	ἀρχαῖα ... μέλη
		οἷς ἐκκαλοῦνται τοῦτον.
Lys. 851	ΛΥΣΙΣΤΡ.	ἰδοὺ 'κκαλέσω 'γὼ Μυρρίνην σοι;
Eccl. 33	ΠΡΑΞΑΓ.	.... ἀλλὰ φέρε τὴν γείτονα
		τήνδ' ἐκκαλέσωμαι.
Ach. 402	ΔΙΚΑΙΟΠ.	ἐκκάλεσον αὐτόν.
		= Lys. 850

Av. 663	*ΕΥΕΛΠΙΔ.*	ἐκβίβασον αὐτοῦ πρὸς θεῶν αὐτήν.
Vesp. 173	*ΦΙΛΟΚΛ.*	. . ἀλλὰ τὸν ὄνον ἔξαγε.
Plut. 821	*ΚΑΡΙΩΝ*	ἐμὲ δ' ἐξέπεμψεν ὁ καπνός.
Vesp. 174	*ΞΑΝΘΙ.*	οἵαν πρόφασιν καθῆκεν, ὡς εἰρωνικῶς,
		ἵν' αὐτὸν ἐκπέμψειας.
frgm. Cocal. IV (Bergkii)		. . . . ἐκδότω δέ τις
		καὶ ψηφολογεῖον ὧδε καὶ δίφρω δύο.
Vesp. 140	*ΒΔΕΛΥΚΛ.*	. . . . ἀλλ' ἄθρει
		κατὰ τῆς πυέλου τὸ τρῆμ' ὅπως μὴ 'κδύ-
		σεται.
Eccl. 1052	*ΝΕΑΝΙΑΣ*	πόθεν ἐξέκυψας ὦ κάκιστ' ἀπολουμένη;
Vesp. 819	*ΦΙΛΟΚΛ.*	θήρῷον οὔπω 'ξεκόμισας τὸ τοῦ Λύκου.
Pac. 319	*ΤΡΥΓΑΙ.*	ἐκδραμὼν γὰρ πάντα ταυτὶ συνταράξει
		τοῖν ποδοῖν.
Eccl. 734	*ΑΝΗΡ*[5]	. . . . ἡ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι.
		= Eccl. 739
Eq. 725	*ΠΑΦΛΑΓ.*	ὦ Δῆμε δεῦρ' ἔξελθε.
		= Nub. 866 867
Lys. 707	*ΧΟΡΟΣ*	τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων.
Pac. 1020	*ΤΡΥΓΑΙ.*	. . . ἀλλ' εἴσω φέρων
		θύσας τὰ μηρί' ἐξελὼν δεῦρ' ἔκφερε.
Vesp. 860	*ΒΔΕΛΥΚΛ.*	ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω
		καὶ μυρρίνας καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν.
Ach. 887	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	. . . . δμῶες ἐξενέγκατε
		τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο.
Ach. 359	*ΧΟΡΟΣ*	τί οὖν οὐ λέγεις, ἐπίξηνον ἐξενεγκὼν
		θύραζ'.
Thesm. 64	*ΕΥΡΙΠΙΔ.*	. . . . . σὺ δὲ
		Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ
		τέχνῃ.
Av. 662	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ἐκβίβασον ἐκ τοῦ βουτόμου τοὐρ-
		νίθιον.
Vesp. 177	*ΒΔΕΛΥΚΛ.*	ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἔξαγ' ἔνδοθεν.
Lys. 456	*ΛΥΣΙΣΤΡ.*	ὦ ξύμμαχοι γυναῖκες ἐκθεῖτ' ἔνδοθεν.
Eccl. 337	*ΒΛΕΠΥΡ.*	ἀλλ' ἐκτετρύπηκεν λαθοῦσά μ' ἔνδοθεν.
Plut. 1196	*ΧΡΕΜΥΛ.*	. . . . τὸν Πλοῦτον ἔξω τις καλεῖ.
Pac. 1316	*ΧΟΡΟΣ*	εὐφημεῖν χρὴ καὶ τὴν νύμφην ἔξω τινὰ
		δεῦρο κομίζειν.

5 *ΒΛΕΠΥΡΟΣ* (?)

Ach. 1097	*ΛΑΜΑΧΟΣ*	παῖ παῖ φέρ' ἔξω δεῦρο τὸν γύλιον ἐμοί.
		= Ach. 1098 1118

II a

Ach. 11	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	. . . εἴσαγ' ὦ Θέογνι τὸν χορόν.
Ach. 14	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	Δεξίθεος εἰσῆλθ' ᾀσόμενος βοιώτιον.
Nub. 543	*ΧΟΡΟΣ*	οὐδ' εἰσῇξε δᾷδας ἔχουσ' . . . . .
Vesp. 1498	*ΒΔΕΛΥΚ.*	εἴ τις τραγῳδός φησιν ὀρχεῖσθαι καλῶς
		ἐμοὶ διορχησόμενος ἐνθαδ' εἰσίτω.
Av. 278	*ΕΥΕΛΠΙΔ.*	εἶτα πῶς ἄνευ καμήλου Μῆδος ὢν εἰ-
		σέπτετο;
Nub. 1510	*ΧΟΡΟΣ*	ἡγεῖσθ' ἔξω . . . . .
Vesp. 1535	*ΧΟΡΟΣ*	ἀλλ', ἐξάγετ' εἴ τι φιλεῖτ' ὀρχούμενοι,
		θύραζε
		ἡμᾶς ταχύ.

II b.

Ach. 824	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	. . . ἀγορανόμοι
		τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξείρξετε;
Ach. 1222	*ΛΑΜΑΧΟΣ*	θύραζέ μ' ἐξενέγκατ' ἐς τοῦ Πιττάλου
		παιωνίαισι χερσίν.
Ach. 1224	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	ὡς τοὺς κριτάς μ' ἐκφέρετε.
Eq. 365	*ΠΑΦΛΑΓ.*	ἐγὼ δέ γ' ἐξέλξω σε τῆς πυγῆς θύραζε
		κύβδα.
Vesp. 1535 vide supra II a.		
Av. 991	*ΠΙΣΘΕΤ.*	οὔκουν ἑτέρωσε χρησμολογήσεις ἐκ-
		τρέχων;

II c

Pac. 1050	*ΟΙΚΕΤΗΣ*	οὐκ ἀλλὰ κατὰ τὴν κνῖσαν εἰσελήλυθεν.
frgm. Telmes. V (Bergkii)		. . . τράπεζαν ἡμῖν εἴσφερε
		τρεῖς πόδας ἔχουσαν, τέτταρας δὲ μὴ 'χέτω.
Ach. 1139[6]	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	ἐγὼ δὲ θοἰμάτιον λαβὼν ἐξέρχομαι.

6 huic tabulae inserendus mihi videtur hic versus, quamquam nihil obstat, quin ἐξέρχομαι verbum tertia quam proponemus horum verborum significatione usi ,exibo' (*ich will ausgehen*) vertamus.

III

Vesp. 107 *ΞΑΝΘΙΑΣ* ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιὸς εἰσέρχεται
ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ἀναπεπλασμένος.
Vesp. 606 *ΦΙΛΟΚΛ.* ὅταν οἴκαδ' ἴω τὸν μισθὸν ἔχων, κᾆτ' εἰ-
σήκοντά με πάντες
ἀσπάζωνται . . . . .
Pac. 73 *ΟΙΚΕΤ. Α* εἰσήγαγ' αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον.
Pac. 228 *ΕΡΜΗΣ* οὐκ οἶδα πλὴν ἕν, ὅτι θυΐαν ἑσπέρας
ὑπερφυᾶ τὸ μέγεθος εἰσηνέγκατο.
Lys. 636 *ΧΟΡ. ΓΥΝ.* οὐκ ἄρ' εἰσιόντα σ' οἴκαδ' ἡ τεκοῦσα
γνώσεται.
Lys. 867 *ΚΙΝΗΣ.* ἀλλ' ἄχθομαι μὲν εἰσιών.
Thesm. 395 *ΓΥΝΗ Α* . . εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων
ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς.
Ran. 980 *ΔΙΟΝΥΣ.* νὴ τοὺς θεοὺς νῦν γοῦν Ἀθη-
ναίων ἅπας τις εἰσιὼν
κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας.
Plut. 406 *ΒΛΕΨΙΔ.* οὔκουν ἰατρὸν εἰσάγειν ἐχρῆν τινά;
Plut. 762 *ΚΑΡΙΩΝ* οὐδεὶς γὰρ ὑμῖν εἰσιοῦσιν ἀγγελεῖ,
ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ.

Nub. 613 *ΧΟΡΟΣ* ὥστε καὶ λέγειν ἅπαντας ἐξιόντας ἑσπέρας
μὴ πρίῃ παῖ δᾷδ' . . . .
Pac. 1182 *ΧΟΡΟΣ* . . . οὐ γὰρ ᾔδειν ἐξιών.
Lys. 16 *ΚΑΛΛΟΝ.* . . . χαλεπή τοι γυναικῶν ἔξοδος.
Thesm. 792 *ΧΟΡΟΣ* κἂν ἐξέλθῃ τὸ γύναιόν ποι . . . .
μανίας μαίνεσθ'.
Ran. 196 *ΞΑΝΘΙ.* οἴμοι κακοδαίμων, τῷ ξυνέτυχον ἐξιών;
Eccl. 325 *ΒΛΕΠΥΡ.* οὐ γάρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθεν
δράσουσ'.
Eccl. 533 *ΠΡΑΞΑΓ.* . . . . ἐδεῖτο δὲ
Plut. 41 *ΧΡΕΜΥΛ.* ἥπερ μεθῆκέ μ' ἐξιέναι πάσῃ τέχνῃ.
ὅτῳ ξυναντήσαιμι πρῶτον ἐξιών,
ἐκέλευε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ' ἔτι.

Ex exemplis primo loco (I a et b) congestis facile est intellectu verbis *εἰσιέναι - ἔρχεσθαι - βαίνειν - ἄγειν κτἑ* histriones domum quandam intrantes scaenam se relicturos esse indicare, *ἐξιέναι-ἔρχεσθαι-ἄγειν κτἑ* verbis se in pulpitum prodire ex aedibus egredientes, similemque

εἴσω et *ἔξω* adverbiorum usum extare, *ἔνδον* vocabulo 'post scaenam' scilicet 'in aedibus' significari.

Perpauca inveniuntur exempla, quibus poeta solito quem vidimus sermonis usu neglecto *εἰσιέναι* et *ἐξιέναι* verba ita posuerit, ut intrare scaenam illud, hoc relinquere significaret. Neque caussa est cur miremur, quod Aristophanes verbis cum adverbio *εἰς* compositis 'intrandi scaenam' interdum significationem dedit, quum saepissime eandem sermonis consuetudinem apud caeteros scriptores, grammaticos imprimis servatam inveniamus[7]. Atque si memineris, quid verba *εἰσάγειν δρᾶμα*, *εἴσοδος* et *ἔξοδος*, *ἐπεισόδιον* similiaque significent, facile tibi persuadebis solemnem in rebus scaenicis hunc fuisse usum. Aristophanes autem quum contraria quam demonstraverimus significatione *εἰσιέναι* et *ἐξιέναι* verba posuerit, solemnem illum usum nunquam fere praebet, nisi aut de choro — vel de orchestra — et de alia quadam fabula sermo fit[8], aut *ἐξιέναι-ἄγειν κτἑ* verbis cum adverbio quodam (*θύραζε* exempli gratia) iunctis locus quo exituri sint histriones indicatur[9], quo fit ut spectatores non de aedificiis, quae depicta erant in scaenae ornatu, sed de hac ipsa agi sentiant. In caeteris illorum verborum apud Aristophanem significationibus commoremur non opus est; unam tantum afferre libet, qua Acharnensium illum nobilem versum 202 rectius quam adhuc factum est, interpretabimur. Perspectis enim exemplis tertio loco compositis te non fugiet interdum inesse verbis *εἰσιέναι κτἑ*, *ἐξιέναι κτἑ*, *ἔνδον* domum eundi, domo exeundi (*ausgehen*), domi sensum. Deinde fortasse miraberis, cur complures locos ad hanc de Aristophanis re scaenica quaestionem spectantes non una cum caeteris protulerim. Omisi autem quia digni videntur in quos seiunctim paulloque accuratius inquiramus.

7 choro licet, quum neque aedes intret neque ex iis prodeat, illa verba ita usurpare, ut *εἰσιέναι* vox intrare, *ἐξιέναι* relinquere orchestram significet.

8 exempla composui II a.

9 exempla quae sunt invenies II b.

Incipiamus igitur ab Acharnensium versu 202 supra iam laudato:

ΔΙΚΑΙΟΠ. ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια.

Primam significationem relinquendi scaenam, intrandi domum participio *εἰσιών* non inesse posse tam facile intellegitur, ut amplius de Gepperti interpretatione [10] verba facere non opus sit. Eadem autem de caussa, cur versum non ita interpretemur: 'exiturus Dionysia agam, postquam regressus sum in scaenam', — nam in ipsa scaena coram spectatoribus pompam illam mittit Dicaeopolis — *εἰσιών* verbum significare nequit: 'postquam scaenam reliqui iterum intrans'. Superest igitur illorum verborum significatio tertia. Qua sumta si versum verteris: 'domum (i. e. rus) ibo ibique Dionysia agam' recte et locum intellexeris et totius fabulae rem scaenicam, qua par est simplicitate constitueris, qua de re infra uberius erit disputandum.

Pacis fabulae in versu 427:

ΕΡΜΗΣ . . . . ἀλλὰ ταῖς ἄμαις
εἰσιόντες ὡς τάχιστα τοὺς λίθους ἀφέλκετε.

quum quomodo intellegendum esset participium *εἰσιόντες*, nescirem, hunc quoque locum supra omittendum putavi [11].

10 Geppertus (*die altgriechische Bühne Leipz. 1843*) quamquam primus et ni fallor praeter exiguam Schoenbornii (*die Skene der Hellenen Leipz. 1858* p. 311*) notam solus totam hanc de verbis *εἰσιέναι* et *ἐξιέναι* quaestionem instituit, tamen parum probabile assecutus est paucis tantum locis perspectis iisdemque minus accurate enarratis. Afferre sufficiat quae de illo Acharnensium versu dicit (p. 163): *»Ich will hineingehen,« sagt auch Dicaeopolis nachdem er sich lange genug draussen vor den Zuschauern aufgehalten hat und fügt komischer Weise hinzu: »damit ich die ländlichen Dionysien feiern kann.«*

11 Geppertus, Engerus, I. Richterus, Schoenbornius uno eodemque fere modo interpretati sunt locum, quum vertant: Geppertus (p. 162): *kommt so geschwinde als möglich herein und ziehet die Steine weg.*

Engerus (Mus. Rhen. 1854 vol. IX p. 572): *so begeben sich dieselben* (sc. choreutae) *von der Orchestra auf die Scene.*

Nam neque Geppertus, quum chorum per scalas inde ex orchestra in pulpitum ascendere iubeat *εἰσιόντες* vertens *»kommt herein«* neque Schoenbornius idoneam praebent loci explicationem [12]. Nusquam enim apud Aristophanem chorum scaenam intrantem videmus [13]. *Εἰσιόντες* verbum si hoc loco intrandi vim haberet, accusativum inde aptum invenire non possemus. Nam scaenam intrare posse chorum neque qua Geppertus neque qua Schoenbornius voluerit ratione, constat. Antrum, quia etiam tunc lapidibus obrutum erat, neque adire neque intrare poterant choreutae. Quae quum ita sint verboque 'domum eundi' significationem hoc loco non inesse posse luce clarius sit, etiam nunc versus ille caret vel commoda enarratione vel probabili emendatione.

Tertius, quem supra missum feci, locus Lysistratae fabulae est versus 246 [14]:

Schoenbornius (p. 337): *sie sollen zum Trygaeos hinaufkommen, indem sie sich zunächst in das Scenengebäude begeben.*

Iulius Richterus in Pacis Aristophaneae editionis ad versum 431 nota: '*εἰσιόντες* h. l. idem quod *παριόντες* vel *ἀναβαίνοντες*: iubentur enim in scaenam ascendere et choreutae et quivis alius.'

12 chorum Pacis in fabula scalas, quae ex orchestra in scaenam ducunt ingredi, ut una cum Trygaeo Mercurioque iisdem funibus Pacem deam ex antro trahere possit, infra quum de Pacis fabulae re scaenica locuturi simus, demonstrabimus, de Schoenbornii quoque sententia disserturi.

13 Lysistratae in fabula mulierum chorus ut per dimidiam fere comoediae partem scaenam obtineret qua de caussa fieri potuerit infra explicabo.

14 Geppertus versus illos sic enarrat: *Lys. sagt: »Lasst uns hineingehen und mit den andern Weibern auf der Burg die Riegel vorschieben.« Lys. befindet sich nicht vor der Akropolis, sondern in einer Strasse zu Athen. Die Akropolis liegt hinter der Scene. Sie würde aber mit diesen Worten nicht sagen können, dass die Verschworenen sie in ihr Haus begleiten sollten. Sie führt sie vielmehr nach dem Ort, von welchem sich das Siegesgeschrei erhebt, d. h. hinter die Scene.*

Schoenbornius: . . . *warum soll Lys. nicht sagen: »lasst uns jetzt in die Burg hineingehen«, wenn die Scene eine nahe der Burg liegende Strasse darstellte?*

ΛΥΣΙΣΤΡ. ἡμεῖς δὲ ταῖσιν ἄλλαις ταῖσιν ἐν πόλει
ξυνεμβάλωμεν εἰσιοῦσαι τοὺς μοχλούς.

quem versum ita interpretandum esse puto, ut *εἰσιοῦσαι* participium nullo modo ad rem scaenicam spectet: 'arcem intrantes cum mulieribus, quae eam iam praeoccupaverant, ianuas claudemus'.

Simili ratione qua constantem fere usum *εἰσιέναι* et *ἐξιέναι* verborum servat Aristophanes aliis etiam utitur verbis quibus intrare et relinquere scaenam significet, *προσιέναι* imprimis. Facile ex exemplis statim componendis intelleges voce *προσέρχεσθαι* indicari histriones pulpitum intrare per aditum vel dextrum vel sinistrum [15], non per scaenae portam. (cf. p. 38)

Eq. 146* [16]	*ΟΙΚΕΤ. Β*	. . . . ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται ὥσπερ κατὰ θεὸν εἰς ἀγοράν.
Eq. 891	*ΑΛΛΑΝΤ.*	καὶ μὴν ὁ Παφλαγὼν οὑτοσὶ προσέρ- χεται. (ἐκ βουλῆς scilicet, non domo. cf. v. 475 sq.)
Vesp. 1324	*ΞΑΝΘΙ.*	ὁδὶ δὲ καὐτὸς σφαλλόμενος προσέρχεται. (ab epulis enim redit Philocleo; cf. v. 1322)
Vesp. 1508*	*ΞΑΝΘΙ.*	προσέρχεται γὰρ ἕτερος αὖ τῶν Καρ- κίνου.
Pac. 1043*	*ΤΡΥΓΑΙ.*	. . . . . καὶ γὰρ οὑτοσὶ προσέρχεται δάφνῃ τις ἐστεφανωμένος.
Pac. 1208*	*ΤΡΥΓΑΙ.*	. . . καὶ γὰρ οὑτοσὶ ὅπλων κάπηλος ἀχθόμενος προσέρχεται.
Av. 1312*	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ἐγὼ δ' ἐκείνων τοὺς προσιόντας δέξομαι.
Av. 1340*	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ᾄδων γὰρ ὅδε τις ἀετοὺς προσέρχεται.
Av. 1414*	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ὅδ' αὖ μινυρίζων δεῦρό τις προσέρχεται.
Av. 1709*	*ΑΓΓΕΛ.*	προσέρχεται γὰρ οἷος οὐδὲ παμφαὴς ἀστὴρ ἰδεῖν ἔλαμψε χρυσαυγεῖ δόμῳ.
Lys. 65	*ΚΑΛΛΟ.*	ἀτὰρ αἵδε καὶ δή σοι προσέρχονταί τινες. (Ἀναγυρουντόθεν veniunt; cf. v. 67)
Lys. 77*	*ΜΥΡΡΙΝ.*	ἡδὶ δὲ καὶ δὴ Λαμπιτὼ προσέρχεται.

15 dextri et sinistri nominibus, quandocumque utor, locum semper teneo spectatorum.

16 versibus quibus asteriscum * apposui histriones non per scaenae aliquam portam intrare posse tibi persuasum habebis.

Lys. 381*	*ΛΥΣΙΣΤ.*	ἄνδρ' ἄνδρ' ὁρῶ προσιόντα παραπεπληγ- μένον.
Thesm. 571*	*ΧΟΡΟΣ*	. . . . . καὶ γὰρ γυνή τις ἡμῖν ἐσπουδακυῖα προστρέχει.
Thesm. 923*	*ΓΥΝΗ Γ*	προσέρχεται γὰρ ὁ πρύτανις χὠ τοξότης.
Plut. 861*	*ΔΙΚΑΙΟΣ*	προσέρχεται γάρ τις κακῶς πράττων ἀνήρ.
Plut. 1038*	*ΓΡΑΥΣ*	καὶ μὴν τὸ μειράκιον τοδὶ προσέρχεται.

Praeter complures locos (exempli gratia conferas Thesm. versus 93 sqq.:

ΠΡΥΤΑΝΙΣ . . . . καὶ προσιέναι μηδενα || ἔα πρὸς αὐτόν.)

quibus *προσιέναι* verbo nulla nisi appropinquandi vis inest, eundem quem quos iam laudavi, sensum habent hi:

Ach. 134	*ΚΗΡΥΞ*	προσίτω Θέωρος ὁ παρὰ Σιτάλκους
Ach. 865	*ΔΙΚΑΙΟ.*	πόθεν προσέπτανθ' οἱ κακῶς ἀπολούμενοι. ἐπὶ τὴν θύραν μοι Χαιριδῆς βομβαύλιοι;
Eccl. 27	*ΠΡΑΞΑΓ.*	. . . . ἀλλ' ὁρῶ τονδὶ λύχνον προσιόντα.
Eccl. 30	*ΧΟΡΟΣ*	. . . ὁ κῆρυξ ἀρτίως ἡμῶν προσιόντων δεύτερον κεκόκκυκεν.
Eccl. 41	*ΠΡΑΞΑΓ.*	καὶ μὴν ὁρῶ καὶ Κλειναρέτην καὶ Σωστράτην προσιοῦσαν. = Eccl. 55
Plut. 332	*ΧΡΕΜΥΛ.*	καὶ μὴν ὁρῶ καὶ Βλεψίδημον τουτονὶ προσιόντα.
Plut. 824	*ΚΑΡΙΩΝ*	. . ἔα τίς ἔσθ' ὁ προσιὼν οὑτοσί;

Ἀπιέναι verbum, quamquam haud raro relinquere scaenam per dextrum vel sinistrum aditum significat, saepius tamen omnino abeundi significationem tenet, ita ut parum ad indagandam rem scaenicam valeat. Nihilo minus locos, qui ad hanc nostram quaestionem pertinere videntur componendas esse putavi.

Ach. 172	*ΚΗΡΥΞ*	τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι.
Ach. 1035	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	. . . . ἀλλ' ἀπιὼν οἴμωζέ ποι.
Ach. 1054	*ΔΙΚΑΙΟΠ.*	ἀπόφερ' ἀπόφερε τὰ κρέα. = Ach. 1067
Pac. 713	*ΕΡΜΗΣ*	. . . . τήνδε τὴν Θεωρίαν ἀπάγαγε τῇ βουλῇ.
Pac. 718	*ΕΡΜΗΣ*	. . . . καὶ σύ γε ὤνθρωπε χαίρων ἄπιθι.

Pac. 1101	*ΤΡΥΓΑΙ.*	ἀλλὰ τόδε πρότερον, σπένδειν ἡμᾶς, σὲ δ' ἀπελθεῖν.
Pac. 1260	*ΟΠΛΟΠΩΛ.*	ἀπίωμεν ὦ δορυξέ.
Pac. 1294	*ΤΡΥΓΑΙ.*	ἄπερρε καὶ τοῖς λογχοφόροισιν ᾆδ' ἰών.
Av. 893	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ στέμματα.
Av. 948	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ἄπελθε τουτονὶ λαβών. *ΠΟΙΗΤ.* ἀπέρχομαι.
Av. 1020	*ΠΙΣΘΕΤ.*	οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῇ;
Av. 1025	*ΠΙΣΘΕΤ.*	. . . βούλει δῆτα τὸν μισθὸν λαβὼν μὴ πράγματ' ἔχειν ἀλλ' ἀπιέναι;
Av. 1029	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ἄπιθι λαβών.
Av. 1032	*ΠΙΣΘΕΤ.*	. . . οὐκ ἀποίσεις τὼ κάδω; = Av. 1044
Av. 1162	*ΑΓΓΕΛ. Α*	. . . ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀποτρέχων ἀπονίψομαι.
Av. 1369	*ΠΙΣΘΕΤ.*	ἐς τἀπὶ Θρᾴκης ἀποπέτου.
Av. 1549	*ΠΡΟΜΗΘ.*	. . . ἀλλ' ὡς ἂν ἀποτρέχω πάλιν φέρε τὸ σκιάδειον.
Av. 1636	*ΠΟΣΕΙΔ.*	ἀπίωμεν οἴκαδ' αὖθις.
Thesm. 279	*ΕΥΡΙΠ.*	ἐγὼ δ' ἄπειμι.
Thesm. 293	*ΜΝΗΣΙΛ.*	. . . σὺ δ' ἄπιθ' ὦ Θρᾷττ' ἐκποδών.
Thesm. 457	*ΓΥΝΗ Β*	ἀλλ' εἰς ἀγορὰν ἄπειμι.
Ran. 1215	*ΧΟΡΟΣ*	πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ ἐς φάος ὀρνυμένῳ δότε δαίμονες οἱ κατὰ γαίας.
Plut. 944	*ΣΥΚΟΦΑΝ.*	ἄπειμι.

Quae quum ita sint, apparet histriones *εἰςιόντας* et *ἐξιόντας* per scaenae portas venire scaenaque aedes — vel simile quiddam, e. g. upupae nidum — depictas esse, *προσιόντας* actores per aditus intrare.

Scholia [17] exiguam tantum indagandi ornatus scaenae

17 scholia in Aristophanis comoedias in tragica quoque Graecorum arte diiudicanda luculenta esse diserte nos in libro nuper publici iuris facto edocuit Adolfus Trendelenburg amicus (grammaticorum graecc. de arte trag. iudiciorum reliqu. Bonnae 1867). Dolendum quidem est, quod nonnullis modo exemplis allatis non universam scholiorum congeriem exhausit. Quare gratum mihi est fragmentum Persarum Aeschyleae argumenti addere scholio Ranarum

Aristophaneae copiam praebent. Quamvis saepe enim scholiastae histriones intrare vel abire enarrent indicentque quae fieri in pulpito et in orchestra oporteat, rarissime tamen de loco actionis et de scaenae ornatu certiores nos faciunt. Atque argumenta fabularum tam mutila sunt, ut in tribus tantum — Pacis Avium Ranarum — de scaena notam aliquam inveniamus. Neque semper ipsi scholiastae res scaenicas imprimis ad scaenae ornatum spectantes satis cognitas habent. (cf. quae sexto loco extant exempla.) Nihilo minus tamen quum scholia non desint, quibus de illis rebus edoceamur, quae huc pertinent congessi.

I locus actionis

1 arg. Av. III 8
ἡ δὲ σκηνὴ ἐν πετραῖς καὶ ὀρνέαις.
[2 arg. Av. I 7
ἡ σκηνὴ ἐν Ἀθηναῖς.]

II duo actionis loci

1 arg. Pac. II 30
ἡ δὲ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐκ μέρους μὲν ἐπὶ γῆς, ἐκ μέρους δὲ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ.
2 arg. Pac. I 25
τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος ἐπὶ τῆς γῆς ἤδη περαίνεται.

1028 servatum. Continenturque scholiastae verbis eae hypothesium Aristophanearum — grammatici licet — partes, quas Trendelenburgius literis C et G signare solet ita ut rationem eius sequentes sic fere scholion constituamus:

C *τὰ μὲν πράγματα ὑπόκειται ἐν Σούσοις*
G *καὶ περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινος. χορὸς δὲ Περσῶν γερ΄ντων διαλεγόμενος πρὸς αὐτήν· εἶτα ἄγγελος ἀπαγγέλλων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν καὶ τὴν Ξέρξου φυγὴν . . . .*

Neque qui accuratam et egregiam Trendelenburgii dissertationem pertractaverit, dubius esse potest quin nostrum quoque hypotheseos fragmentum ab Aristophane grammatico originem deducat.

[3 schol. Pac. 819
ὁ Τρυγαῖος κατελθὼν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ λοιπὸν τῇ οἰκίᾳ πλησιάσας . . . .]

4 schol. Ran. 270
ἐν Ἅιδου λοιπὸν τὰ πράγματα.

III *μεταβολὴ τῆς σκηνῆς· ἀλλοιοῦσθαι.*

1 schol. Ran. 274
μεταβέβληται ἡ σκηνὴ καὶ γέγονεν ὑπόγειος.

[2 schol. Ran. 181
ἐνταῦθα δὲ τοῦ πλοίου ὀφθέντος ἠλλοιῶσθαι χρὴ τὴν σκηνὴν καὶ εἶναι κατὰ τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην τὸν τόπον. ἐπὶ τοῦ λογείου ἢ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας, μηδέπω δὲ ἐν Ἅιδου]

[3 schol. Ach. 384
μεταβολὴ γέγονε τόπου ὡς ἐπὶ τὴν οἰκίαν Εὐριπίδου.]

IV de singulis scaenae ornatus partibus [18]

1 schol. Pac. 234
ἔστι δέ τι καὶ ἄντρον ἐπὶ τῆς σκηνῆς.

2 schol. Lys. 864
ἀπὸ τοῦ τείχους κατελθοῦσα . . . .

V utrum in logeo et orchestra an in machina histriones agant.

1 schol. Ach. 410
φαίνεται γὰρ ἐπὶ τῆς σκηνῆς μετέωρος.

2 schol. Pac. 80
μετέωρος δὲ αἴρεται ἐπὶ μηχανῆς.

3 schol. Pac. 234
νοεῖν δεῖ τὸν Τρυγαῖον ἀποβεβηκότα τοῦ κανθάρου ἐπὶ τῆς σκηνῆς ταῦτα λέγειν.

4 schol. Lys. 539
εἰσάγει αὐτὰς ὀρχουμένας ἐν τῇ σκηνῇ.

18 scholia in Vesparum versum 270 Ranarum vv. 180 et 269 similiaque quaedam quum nihil fere nos edoceant, omittenda hoc loco censeo.

5 schol. Ran. 209
. . . οὐχ ὁρῶνται ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ βάτραχοι οὐδὲ ὁ χορὸς, ἀλλ' ἔσωθεν μιμοῦσι τοὺς βατράχους.

[6 schol. Ran. 257 6
δεῖ νοεῖν ὡς οἱ βάτραχοι ὑπὸ σκηνήν εἰσιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ φανερῷ.]

VI grammaticorum sententiae de re scaenica inter se discrepantes

1 schol. Eq. 149
utrum ex orchestra scalis adhibitis pulpitum intraverit Agoracritus an per scaenae portam, grammatici inter se dissentiunt.
ἵνα, φησὶν, ἐκ τῆς παρόδου ἐπὶ τὸ λογεῖον ἀναβῇ [19] *(διὰ τί οὖν ἐκ τῆς παρόδου; τοῦτο γὰρ οὐκ ἀναγκαῖον. λεκτέον οὖν ὅτι ἀναβαίνειν ἐλέγετο τὸ ἐπὶ τὸ λογεῖον εἰσιέναι . . .)*

2 scholl. Pac. 726 et 842
continent haec scholia discrepantes inter se grammaticorum sententias de Trygaei inde ex Olympo in terram reditu.

schol. Pac. 726 *(παρὰ τὴν θεόν· τινὲς οὐ παρὰ τήν Εἰρήνην, λέγουσι γὰρ ἐν τῷ οὐρανῷ μεῖναι καὶ ἐκεῖθεν ἐνεργεῖν, ὥσπερ καὶ τὸν Πόλεμον· οὐδαμοῦ γὰρ αὐτῆς μέμνηται ἐν τοῖς ἑξῆς ὡς καθελθούσης . . .)*

cf. schol. Pac. 842 20 *(. . ἴσως δὲ ἡ Εἰρήνη ἐν τῷ οὐρανῷ ἔμεινεν οὐδαμοῦ γὰρ ποιεῖται αὐτῆς μνήμην ὡς κατελθούσης.)*

schol. Pac. 726 30 *(παρὰ τὴν θεὸν οὖν τὴν Ἀθηνᾶν· ἄγαλμα γὰρ ἦν ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς Ἀθηνᾶς.)*

schol. Pac. 726 32 *δεῦρ' ὦ κόραι· τῇ Εἰρήνῃ καὶ τῇ Θεωρίᾳ καὶ τῇ Ὀπώρᾳ λέγει.*

schol. Pac. 727 35 *(. . . κάτεισι γὰρ ἐπὶ τὴν ὀρχήστραν κλίμαξιν. ἐχόμενος δὲ τῆς Εἰρήνης καταβαίνει ὁ πρεσβύτης ἐπὶ τὴν ὀρχήστραν.)*

19 uncis (. . .) inclusi quae absunt in codice Ravennate.

3 scholl. Ran. 297
indicatur his scholiis quid veteres senserint de loco quo qui Dionysum egit actor versum 297
ΔΙΟΝΥΣ. *ἱερεῦ διαφύλαξόν μ' ἵν' ὦ σοι ξυμπότης*
pronuntiaverit.
schol. Ran. 297 33 *ἱερέως τινὸς ἀκολουθοῦντος αὐτῷ μέμνηται.*
cf. v. 43 Duebneri (. . . *ἄλλως. ἤδη γὰρ ἦν τῶν μεμυημένων κατὰ τὴν σκηνὴν γενόμενος.*)
cf. v. 45 *οἱ δέ φασιν ἄτοπον εἶναι νομίζειν ἀκολουθεῖν αὐτοῖς ἱερέα.* quae verba a codicibus et Ravennate et Veneto absunt.
schol. Ran. 297 34 (*ἐν προεδρίᾳ κάθηται ὁ τοῦ Διονύσου* (codd. *Διὸς*) *ἱερεύς. ἀποροῦσι δέ τινες πῶς ἀπὸ τοῦ λογείου περιελθὼν καὶ κρυφθεὶς ὄπισθεν τοῦ ἱερέως τοῦτο λέγει.*)
schol. Ran. 297 37 (*φαίνονται δὲ οὐκ εἶναι ἐπὶ τοῦ λογείου ἀλλ' ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας . . .*)
4 arg. Ran. I 36
οὐ δεδήλωται ὅπου ἐστὶν ἡ σκηνή κτἑ.

I 1 2

Argumento Avium III quum satis accurate actionis locus describatur, argumentum I Athenarum tantum urbis nomen afferens, hypothesium quas tragoediis adiectas legimus imitatur normam, similique ratione scholiastae Ranarum argumento I dubitare se confitentur apud quamnam urbem Ranarum fabulam actam finxerit poeta, nullo modo — in argumentis quidem — de regione in scaena depicta inquisitionem instituentes. Quae autem in scholiis ipsis de duplici Ranarum scaena cogitaverint supra III 4, III 1 et 2 inveniuntur.

III 3

Hoc scholio quum appareat *τόπου*, non *σκηνῆς μεταβολήν* factam esse, totam scaenam mutari non opus esse facile est intellectu, ne posse quidem infra erit probandum. Ad tale quiddam Pollucis illum locum satis cognitum va-

riisque modis ab hominibus doctis emendatum (IV 126) referendum arbitror, nec video, cur dilucidam probabilemque Lohdii[20] interpretationem non acciperemus.

VI 2

Scholion ad Pacis versum 727, quia scholio eiusdem fabulae versus 842 non respondet, usui nobis non est. Rectissime enim scholio v. 842 Pacem deam, quum postea mentio eius non fiat, in Olympo remansisse statuitur, ita ut Trygaeus cum ea in terram — secundum scholiastae v. 727 sententiam in orchestram — descendere non possit. Unum tantum illo ex scholio compertum haberemus: arbitratum esse scholiastam quum terram orchestra significari voluerit, s c a e n a m coeli imaginem praebuisse.

Restat ut quid veteres universim de Aristophanis fabularum praestantia earumque in scaenam productarum vi et effectu ex scaenico apparatu comparatis senserint, obiter attingamus, quamquam unum tantum Pacis argumentum grammatici de ipso scaenae ornatu iudicium continet. Talia igitur iudicia in fabularum hypothesibus servata, sunt:

1 arg. Ach. I *τὸ δὲ δρᾶμα τῶν εὖ σφόδρα πεποιημένων.*
2 arg. Eq. I *τὸ δὲ δρᾶμα τῶν ἄγαν καλῶς πεποιημένων.*

20 *L. Lohde »Die Skene der Alten« Berlin Progr. z. Winckelmannsfest 1860 p. 7 nota 4:* Pollux IV §. 126 *εἰ δ' ἐπιστραφεῖεν αἱ περίακτοι, ἡ δεξιὰ μὲν ἀμείβει τόπον* (*Becker liest τὸ πᾶν*) ⟨Wieselerus *πάτον* scribit⟩, *ἀμφότεραι δὲ χώραν ὑπαλάττουσιν.— Zur Aufklärung dieser dunkelen Stelle diene ein Beispiel. Gesetzt die Decoration der Bühne stelle einen Wald vor und an der rechten Periakte sei ein Felsen dargestellt. Nun trete ein Scenenwechsel ein, der natürlich nur vorgenommen werden kann, nachdem die Schauspieler von der Bühne abgetreten sind (!!) Durch eine Umdrehung der rechten Periakte werde an derselben ein Altar der Artemis sichtbar — die Zuschauer können nicht zweifeln, dass die Scene eine andere Stelle des Waldes darstelle.*

3 arg. Nub. III τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πάνυ δυνατῶς πεποιημένων = arg. Nub. X
cf. arg. Nub. VII τὸ δὲ δρᾶμα τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστόν φασι καὶ τεχνικώτατον.
4 arg. Pac. I τὸ δὲ δρᾶμα τῶν ἄγαν ἐπιτετευγμένων [21].
5 arg. Av. I τὸ δρᾶμα τοῦτο τῶν ἄγαν δυνατῶς πεποιημένων.
6 schol. Thesm. Duebneri versu 3 καὶ τοῦτο τὸ δρᾶμα τῶν κατ' Εὐριπίδου πεποιημένων.
7 arg. Ran. I τὸ δὲ δρᾶμα τῶν εὖ πάνυ καὶ φιλολόγως πεποιημένων.

Iam vidimus quantum facultatem inquirendi in res scaenicas ipse poeta fabularum verbis nobis praebeat, et quid ex grammaticorum studiis lucrari possumus. Hoc unum restat, ut notas scaenicas singulis fabulis vel ab ipso Aristophane vel ab eo qui fabulas eius in scaenam producendas curaverit, adiectas [22] paullo accuratius perscrutemur.

21 conferas velim argumenti Euripideae Orestis partem quam litera F. Trendelenburgius l. l. p. 9 notavit: *τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων.* Vertendum esset nobis de hac Euripidea fabula iudicium »*ein Bühnenstück*« similiterque Pacem Aristophaneam, argumenti verba interpretantes »*ein Ausstattungsstück*« appellaremus.

22 qui unus hanc non parvi momenti rem uberius tractavit V. Rostius (programmate scholae Thomanae 'de ratione vocis *παρεπιγραφή*' conscripto Lipsiaeque anno MDCCCIII edito) tam leviter rem tetigit, ut non frustra de parepigraphis quaestionem iterum instituere nobis videamur. Negleguntur enim illic ex quadraginta novem *παρεπιγραφῶν* exemplis viginti octo, quae ipse coniectura finxit, afferuntur. Schol. Acharnensium v. 1146 p. VI a Rostio laudatum: *ἔστι δὲ παρεπιγραφή. καὶ γὰρ γέλωτος χάριν ἅμα τῷ λόγῳ τὸ αἰδοῖον ἐπιδείκνυται* Biseti est, igitur nihil probat. — Quae de parencyclemate disseruit Rostius non ita sunt comparata, ut hac de re quaestio ad finem perducta esse videatur. — Recte tamen monuit *παρεπιγραφάς* veterum in Aristophanem scholiis insertas respondisse 'notulis istis in nostrorum poetarum fabulis occurentibus, quae minoribus litteris, ne in seriem orationis transferantur, expressae et uncinis praeterea inclusae, indicant, quid ab histrione agi aut in scena vel post aulaea fieri debeat.' — Fritzschius nota ad Thesmophoriazusarum versum 130 (editionis pagina 41) fidem antiquitatis habere dicit parepigraphas, molesteque ferendum esse 'quod grammatici Alexandrini non multo plures etiam parepigraphas quas acceperant ipsi, nobiscum communicant et potius luculenta illa explicationis instrumenta tam saepe nobis invident.'

Haud raro enim scholiis insertae inveniuntur notae ad rem scaenicam spectantes quibus quid in scaena faciendum sit histrionibus indicatur, quibusque verba *καὶ ἔστι παρεπιγραφή, καὶ τοῦτο παρεπιγραφή, πάντα τὰ τοιαῦτα παρεπιγραφαί εἰσιν* similiaque apposita sunt.

Sunt autem hae:

I

1 schol. Ach. 112 20 τὸ δὲ ἀ ν α ν ε ύ ε ι κ α ὶ ἐ π ι ν ε ύ ε ι παρεπιγραφή.
2 schol. Pac. 1103 τὸ δὲ σ π ο ν δ ὴ σ π ο ν δ ή παρεπιγραφὴ ἐν εἰσθέσει κώλου δισπονδείου [23].
3 schol. Av. 222 α ὐ λ ε ῖ. τοῦτο παρεπιγέγραπται, δηλοῦν ὅτι μιμεῖταί τις τὴν ἀηδόνα ὡς ἔτι ἔνδον οὖσαν ἐν τῇ λόχμῃ.
4 schol. Lys. 294 29 φ υ σ ᾷ τ ῷ σ τ ό μ α τ ι. (τοῦτο δὲ παρεπιγραφή.)
5 schol. Thesm. 100 μεταξὺ δὲ τοῖν δυοῖν ⟨versum 100 et 101⟩ ἀξιοῦσί τινες γράφειν μ ι ν υ ρ ι σ μ ό ς, ὡς πολλὰ τοιαῦτα παρεπιγράφεται.
v. 100 ΜΝΗΣΙ. μύρμηκος ἀτραποὺς, ἢ τί δὴ μινυρίζεται;
6 schol. Thesm. 129 ὀ λ ο λ ύ ζ ε ι. παρεπιγραφὴ τοῦτο. εἰπόντος γὰρ τοῦ Ἀγαθῶνος ὁ κηδεστὴς τοῦ Εὐριπίδου ὀλολύζει εἰς τὴν θηλύτητα αὐτοῦ . . .
7 schol. Thesm. 277 παρεπιγραφή. ἐ κ κ υ κ λ ε ῖ τ α ι ἐ π ὶ τ ὸ ἔ ξ ω τ ὸ θ ε σ μ ο φ ό ρ ι ο ν.
8 schol. Ran. 269 26 μετὰ δὲ τὸν μβ' κῶλον ἰαμβικὸν ἑφθημιμερὲς τὸ α ὐ λ ε ῖ τ ι ς ἔ ν δ ο ν· ὃ κατὰ παρεπιγραφήν φασι κεῖσθαι· ὡς καὶ ἑξῆς τὸ δ ι α ύ λ ι ο ν π ρ ο σ α υ λ ε ῖ.

23 hoc scholio docemur vocem *σπονδή* parepigrapham esse, non ab histrione recitatam; qua re iteratum *σπονδή* e textu omittendum est.

⟨omnia haec verba in Ravennate et Veneto codicibus non leguntur.⟩

9 schol. Ran. 312 αὐλεῖ τις ἔνδοθεν· παρεπιγραφή.

10 schol. Ran. 1251 19 ἑξῆς δὲ τίθεται κῶλον ἰαμβικὸν ἑφθημιμερές, τὸ διαύλιον προσαυλεῖ, ὅπερ κατὰ παρεπιγραφὴν τίθεται. ὥσπερ καὶ τὸ αὐλεῖ τις ἔνδον καὶ ἄλλα πολλά. ⟨deest scholion in Ravennate et Veneto.⟩

11 schol. Ran. 1264 (διαύλιον προσαυλεῖ τις·) τοῦτο παρεπιγραφή, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλάκις. ⟨ipsa παρεπιγραφῆς verba a Ravennate codice absunt.⟩

II

1 schol. Eq. 156 πεποίηκε ὃ προσέταξε (παρεπιγραφὴ δὲ καλεῖται τὰ τοιαῦτα πάντα.)

v. 156 ΟΙΚΕΤ. Α ἔπειτα τὴν γῆν προσκύσον καὶ τοὺς θεούς.
ΑΛΛΑΝΤΟΠ. ἰδού.

2 schol. Eq. 272 παρεπιγραφὴ δέ. συγκέκυφε γὰρ καὶ ὑπὸ τῶν διωκόντων τύπτεται.

v. 272 ΧΟΡΟΣ ἢν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρὶ, τὸ σκέλος κυρηβάσει.

3 schol. Eq. 373 παρεπιγραφὴ τὸ σχῆμα. ἐπὶ γὰρ τὰς ὄψεις τοῦ ἀλλαντοπώλου ἐπιβαλὼν τὰς χεῖρας τὰ βλέφαρα ἐκτίλλει.

4 schol. Eq. 432 καὶ τοῦτο παρεπιγραφή. ὃ γὰρ εἶπε καὶ ποιεῖ.

5 schol. Eq. 451 τοῦτο παρεπιγραφή. τυπτόμενον γὰρ ὑποκρίνεται.

v. 451 ΧΟΡΟΣ παῖ' ἀνδρικῶς. ΠΑΦΛΑΓ. ἰοὺ ἰοὺ τύπτουσί μ' οἱ ξυνωμόται.

6 schol. Eq. 493 καὶ τοῦτο παρεπιγραφή. σκόροδον γὰρ αὐτῷ προσφέρει.

v. 341 ΟΙΚΕΤ. Α ἔχε νυν, ἐπέγκαψον λαβὼν ταδί.

7 schol. Eq. 710 παρεπιγραφὴ δέ. ποιεῖ γὰρ ὅπερ εἴρηκεν.

8 schol. Eq. 784 παρεπιγραφή. δείκνυσι γὰρ αὐτῷ προσκεφάλαιον.

v. 784 ΑΛΛΑΝΤΟΠ. οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ῥαψάμενός σοι τουτὶ φέρω.

9 schol. Eq. 883 παρεπιγραφή. δίδωσι γὰρ αὐτῷ χιτῶνα. ⟨deest scholion in Veneto codice.⟩

v. 883 ΑΛΛΑΝΤΟΠ. . . . ἀλλ' ἐγώ σοι τουτονὶ δίδωμι.

10 schol. Eq. 891 παρεπιγραφὴ δέ. δίδωσι γὰρ αὐτῷ ὁ Κλέων χιτῶνα.

v. 890 ΠΑΦΛΑΓ. . . . ἐγὼ γὰρ αὐτὸν προσαμφιῶ τοδί.

11 schol. Eq. 959 δακτύλιον ἄλλο δίδωσι. καὶ ἔστι παρεπιγραφή.

v. 959 ΔΗΜΟΣ παρ' ἐμοῦ δὲ τουτονὶ λαβὼν ταμίευέ μοι.

12 schol. Nub. 3 42 παρεπιγραφὴ δέ. συγκεκαλυμμένος καὶ καθεύδων ὑποτίθεται ἐξανακαλυψάμενος καὶ ἔξω τήν κεφαλὴν ποιήσας τοῦ περιβλήματος.

13 schol. Nub. 11 (παρεπιγραφή. ποιήσας γὰρ ἀσχήμονα τὴν ὄψιν καὶ) τὸ σχῆμα τοῦ νεανίσκου μιμησάμενος, ὥσπερ ἐκεῖνος ἐκάθευδεν ἀποστραφεὶς καὶ αὐτὸς πειρᾶται δῆδεν καθεύδειν, ἐγκρύψας τὴν κεφαλῆν τοῖς περιβλήμασι.

v. 11 ΣΤΡΕΨΙΑΔ. ἀλλ' εἰ δοκεῖ ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι.

14 schol. Nub. 18 (ταῦτα πάντα παρεκκυκληματά[24] εἰσι καὶ παρεπιγραφαί.) δεῖ γὰρ τὸν οἰκέτην τὸ προσταχθὲν ποιῆσαι, καὶ ἅψαι τὸν λύχνον, καὶ δοῦναι τὸ βιβλίον, ἔπειτα καὶ ὁρᾶν εἰς τὸ βιβλίον καὶ οὕτω λέγειν τοὺς δανειστάς.

v. 18 ΣΤΡΕΨΙΑΔ. . . . ἅπτε παῖ λύχνον.
κἄκφερε τὸ γραμματεῖον.

12 schol. Nub. 82 τὸ αἰτηθὲν παρὰ τοῦ πρεσβύτου ποιῶν ὁ νεανίσκος τὴν δεξιὰν ὤρεξεν αὐτῷ καὶ δῆλον ὅτι παρεπιγραφὴ τὸ ἰού. ⟨neque in Ravennate neque in Veneto codice legitur hoc scholion.⟩

v. 81 ΣΤΡΕΨΙΑΔ. κύσον με καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.
ΦΕΙΔΙΠΠ. ἰδού· τί ἔστιν;

13 schol. Nub. 255 (καὶ τοῦτο παρεπιγραφή· καὶ γὰρ τὸν

24 de hac voce paullo infra erit disserendum.

Σωκράτην περιθεῖναι δεῖ τὸν στέφανον αὐτῷ κἀκεῖνον λαβεῖν.)

v. 256 *ΣΩΚΡΑΤ. . . . . τουτονὶ τοίνυν λαβὲ τὸν στέφανον.*

14 schol. Nub. 267 *παρεπιγραφή. διπλασιάσας γὰρ τὸ ἱμάτιον περιβαλέσθαι φησὶν αὐτό μέλειν ὑπὲρ τοῦ σκέπεσθαι.*

v. 267 *ΣΤΡΕΨΙΑΔ. μήπω μήπω γε πρὶν ἂν τουτὶ πτύ-*
ξωμαι μὴ καταβρεχθῶ.

15 schol. Nub. 696 *παρεπιγραφή. ποιήσει γὰρ τὸ προσταχθέν.* ⟨libris tantum deterioribus servatum est scholion.⟩

16 schol. Nub. 707 *ἔστι δὲ παρεπιγραφή. κατακλιθεὶς γὰρ καὶ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν παρεκάλει.* ⟨in Ravennate et Veneto codicibus non inveniuntur.⟩

v. 707 *ΣΤΡΕΨΙΑΔ. ἀτταταῖ ἀτταταῖ.*

17 schol. Nub. 734 (*παρεπιγραφή.*) *δεῖ γὰρ αὐτὸν καθέζεσθαι ἔχοντα τὸ αἰδοῖον* (*καὶ μιμεῖσθαι τὸν δερμύλλοντα ἑαυτόν.*)

v. 733 *ΣΩΚΡ. ἔχεις τι; ΣΤΡΕΨ. μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔγωγ'.*
ΣΩΚΡ. οὐδὲν πάνυ;
ΣΤΡΕΨ. οὐδέν γε πλὴν εἰ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ.

18 schol. Nub. 1240 *παρεπιγραφή ἐστι. γελῶν γὰρ τοῦτό φησιν. ἐκκαχάζει γὰρ τῆς προσηγορίας. ἀκούσας τοῦ Διὸς, γέλωτα τὸν ἐκείνου τιθέμενος ὅρκον.*

v. 1240 *ΣΤΡΕΨΙΑΔ. . . . . θαυμασίως ἥσθην θεοῖς*
καὶ Ζεὺς γέλοιος ὀμνύμενος τοῖς εἰδόσιν.

19 schol. Pac. 2 (*παρεπιγραφή. ὁ γὰρ ἕτερος τῶν οἰκετῶν τὸ προσταχθὲν ποιῶν αὐτῷ παραφέρει καὶ ἐπιδίδωσι τὴν τροφήν.*)

20 schol. Pac. 30 19 (*δηλον δὲ ὅτι καὶ τοῦτο παρεπιγραφή ἐστι· δεῖ γὰρ αὐτὸν ἠρέμα ἀνοῖξαι καὶ κατανοῆσαι εἴτε ἐσθίει ὁ κάνθαρος εἴτε πέπαυται.*)

v. 29 *ΟΙΚΕΤ. Β ἀλλ' εἰ πέπαυται τῆς ἐδωδῆς σκέψομαι*
τηδὶ παροίξας τῆς θύρας, ἵνα μή μ' ἴδῃ.

21 schol. Pac. 250 *ταῦτα πάντα παρεπιγραφή ἐστι. τυρὸν δὲ ἐμβάλλων Σικελίας μέμνηται.*

22 schol. Pac. 256 (*παρεπιγραφή. ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν δίδωσιν αὐτῷ τὸν κόνδυλον.*)

v. 256 *ΠΟΛΕΜΟΣ ἕστηκας ἀργός; οὑτοσί σοι κόνδυλος.*

23 schol. Pac. 424 (*τοῦτο παρεπιγραφή. τοῦτο γὰρ εἰπὼν φιάλην χρυσῆν δίδωσιν αὐτῷ.*)

v. 424 *ΤΡΥΓΑΙ. δῶρον δίδωμι τῆνδ' ἵνα σπένδειν ἔχῃς.*

24 schol. Pac. 879 *παρεπιγραφή. ἁπτόμενος γὰρ αὐτῆς τῆς πυγῆς καὶ θαυμάζων καὶ τοῖς θεαταῖς ἐπιδεικνύμενος τὸ αἰδοῖον.*

v. 879 *ΤΡΥΓΑΙ. οὗτος τί περιγράφεις;*

25 schol. Pac. 1066 *παρεπιγραφή. ἀκούσαντες γὰρ τοῦ χρησμοῦ ἐγέλασαν.*

v. 1066 *ΤΡΥΓΑΙ. αἰβοῖ βοῖ. ΙΕΡΟΚΛ. τί γελᾷς.*

26 schol. Pac. 1118 *παρεπιγραφή. ταῦτα γὰρ εἰπὼν χλευάζει καὶ ἀναιδῶς ἁρπάζει..*

v. 1118 *ΙΕΡΟΚΛ. ἀλλ' ἁρπάσομαι σφῷν αὐτά.*

27 schol. Pac. 1193 *περικεφαλαίαν δίδωσιν ἵνα τοῖς λόφοις ἐπομάττῃ τὴν τραπέζαν. ἔστι δὲ παρεπιγραφή.*

v. 1193 *ΤΡΥΓΑΙ. ἔχ' ἀποκάθαιρε τὰς τραπέζας ταυτηί.*

28 schol. Pac. 1258 *δείκνυσι δὲ τὰ ὦτα αὐτοῦ καὶ ἔστι παρεπιγραφή.*

v. 1258 *ΤΡΥΓΑΙ. ἐὰν τοιαυτασὶ μάθῃ λαβὰς ποιεῖν.*

29 schol. Plut. 8 *τοῦτο παρεπιγραφὴ λέγεται.* ⟨ex codicis *παρ' ἐπιγραπῇ* Duebnerus.⟩
gestum quendam, quo versus 8 *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα* a Carione agendus sit, indicare videtur scholion.

30 schol. Plut. 230 *παρεπιγραφὴ, ὅτι εἰς τὴν οἰκίαν ἔφθασαν.*

31 schol. Plut. 438 *παρεπιγραφὴ, ὅτι Βλεψίδημος ἔφευγεν ἀκούσας ὅτι ἡ πενία ἐστιν.*

v. 438 *ΒΛΕΨΙΔ. ἄναξ Ἄπολλον καὶ θεοὶ ποῖ τις φύγῃ;*

32 schol. Plut. 439 *παρεπιγραφή. ὁρᾷ γὰρ τοῦτον φεύγοντα.*

v. 493 *ΧΡΕΜΥΛ. οὗτος τί δρᾷς; . . .*
οὐ παραμένεις;

III *ΠΑΡΕΚΚΥΚΛΗΜΑΤΑ*[25]

1 schol. Nub. 18 supra iam (II 14 p. 23) laudavi.

25 ubicunque forma *παρεγκύκλημα* invenitur (scholl. Nub. 18 22 132 218 Heliod. Aethiop. VII 7) hoc calami vel pronuntia-

2 schol. Nub. 22 *τοῦ δώδεκα μνᾶς· καὶ τοῦτο παρεκκύκλημα ἐφίστησιν.*

3 schol. Nub. 132 *τοῦτο δὲ παρεκκύκλημα. δεῖ γὰρ αὐτὸν ἐλθεῖν καὶ κόψειν τὴν θύραν τοῦ Σωκράτους.*

v. 132 *ΣΤΡΕΨΙΑΔ. ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν; παῖ παιδίον.*

4 schol. Nub. 218 *παρεκκύκλημα. δεῖ γὰρ κρεμᾶσθαι τὸν Σωκράτην ἐπὶ κρεμάθρας καθήμενον καὶ τοῦτον εἰσελθόντα καὶ θεασάμενον αὐτὸν οὕτω πυθέσθαι.*

v. 218 *ΣΤΡΕΨΙΑΔ. φέρε τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;*

Scholio Equitum versu 1 servata *παρεπιγραφή* quum quomodo intellegenda sit prorsus nesciam, hoc ultimo omnium loco ponenda esse videtur[26].

(παρεπιγραφὴ δὲ λέγεται τὰ τοιαῦτα ἀλλὰ καὶ[27] *γίνεται τοῖς σχήμασιν, ἔστι δὲ εἷς τῶν προειρημένων δῆθεν οἰκετῶν ἀποδυρόμενος τὸν ἕτερον.)*

v. 1 *ΟΙΚΕΤ. Α ἰατταταιὰξ τῶν κακῶν, ἰατταταῖ.*

Scholia I 1—11 aut ipsius Aristophanis aut fabularum signatoris (*Regisseur*) non grammatici alicuius esse

tionis errore factum esse videtur, quum adverbium *ἐν* cum *κυκλεῖν* verbo nullo modo coniungi possit.

26 fortasse tamen de hoc scholio eisque quae extant ad Nubium versum 22 (vide supra) Orestisque Euripideae versum 1382 (*ἐρωτηθεὶς ὁ Φρὺξ ὑπὸ τοῦ χοροῦ πάλιν εἶπεν Ἴλιον Ἴλιον ὤμοι μοι..... τινὲς δὲ τοῦτο παρεπιγραφὴν εἶναί φασιν ὡς εἰς τὰ κωμικὰ δράματα*) idem fere arbitrari nobis licet, quam quod de scholio Plut. 8 iam protulimus: significari *παρεπιγραφαῖς* illis et *παρεκκυκλήμασι* gestu quodam recitandos esse versus Eq. 1 Nub. 22 Eurip. Or. 1382, qui qualis fuerit ex interiectionibus, quas dicunt, *ἰατταταιάξ* et *ὤμοι μοι* vel ex interrogativo illo pronomine *τοῦ*; facile colligitur.

27 quod scholion verborum structura servata nullum sensum praebet, quare emendatione opus esse videtur. Fortasse enim illud (ad 29 scriptum) *παρ επιγραφη* haud prave dictum est et significat: hoc secundum parepigrapham (*παρεπιγραφῇ*) recitatur. Tum autem hoc loco membra enuntiationis inter se non opposita sunt, et pro *ἀλλὰ* scribendum videtur *ἅττα*, voce *παρεπιγραφή* in dativum *παρεπιγραφῇ* mutata.

ex scholiis Ranarum v. 269 1251 intellegimus. Nam qui fabulas primum commentariis instruxerunt, versuum tenorem adscriptis *παρεπιγραφαῖς* interruptam invenerunt[28].

Scholiis II 1—32 quum indicaretur histrionibus mandata esse conficienda[29], nulla re opus erat, nisi nota quadam, qua *τὸ προσταχθὲν ποιεῖσθαι* significaretur.

Idem fere atque *παρεπιγραφαί* videntur *παρεκκυκλήματα*[30] fuisse, nisi forte ad unam eandemque rem significandam duo vocabula adhibeantur. Quae *παρεκκυκλήματα* quum minus recte Schoenbornius (p. 347) — praeter quem nemo in hanc rem accuratius inquisivit — enarraverit, quantum possumus maiore cum diligentia tractabimus. Et Schoenbornius quidem vocis *παρεκκύκλημα* vim et sensum demonstraturus, quattuor scholiorum, quibus voce illa utuntur grammatici duos 'quia non huc pertineant' — p. 347 nota: *Was es in den Scholien 18 und 22 in unserm Stück bedeutet, gehört nicht hierher* — prorsus praetermittit, eorum tantum ratione habita, in quibus praeposita est vox *παρεκκύκλημα* ipsi scholiastae adnotationi ad scaenae quidem ornatum spectanti. Sane ex duobus illis quos affert locis facile ei erat colligendum vocem *παρεκκύκλημα* machinam quandam significare »*durch welche Gegenstände von der Seite her vorgeschoben wurden*« vel ipsas machinatas res et personas. Illa ad versus 18 et 22 Nubium fabulae scholia nusquam apud Schoenbornium tractata invenimus.

Ex Rostii vero (l. l. p. VIII—IX) sententia vox *παρεκκύκλημα* machinam aliquam theatralem significat, eundemque sensum Nubium versus 218 scholiastes sumpsit.

28 cf. quae initio scholiorum in Acharnenses (Duebneri versu 25) in enumerandis versibus metrisque de parepigraphis scripta sunt: *ἐξαιρείσθωσαν καὶ αἱ παρεπιγραφαί.*

29 scholiis II 1 4 7 11 12 15 ipsi grammatici ea fieri monent, quae ipsis poetae verbis fieri debere indicantur.

30 scholion ad Nubium versum 18 in illarum *παρεπιγραφῶν* ordinem recipere non dubitamus, quum in una eademque adnotatione duplex illud nomen existat (*ταῦτα πάντα παρεκκυκλήματά εἰσιν καὶ παρεπιγραφαί*) neque quidquam contineatur quod non solemni *παρεπιγραφῶν* normae respondeat.

Quo modo autem in scholiis eiusdem Nubium fabulae versuum 18 22 132 interpretandum sit *παρεκκύκλημα* minime demonstrat. Eundem enim atque scholio v. 218 sensum voci inesse statui omnino non potest, quum neque ad *ἅψαι τὸν λύχνον, δοῦναι τὸ βιβλίον, ὁρᾶν εἰς τὸ βιβλίον* (schol. Nub. v. 18) neque *κόψειν τὴν θύραν* machina, qualiscunque sit, adhiberi soleat.

Vox igitur *παρεκκύκλημα*, ut mihi quidem videtur, nihil est nisi quod interpositum sit, sive dramati scaena[31] sive textui versus. Inde fit ut quum antepositum sit *παρεκκύκλημα* adnotationi scholiastae, unam eandemque atque *παρεπιγραφή* habeat significationem et cum hac voce, ut fit schol. Nub. 18, coniungi possit. Iam quum viderimus qualem ad indagandam rem scaenicam facultatem nobis praebeat ipse poeta quique eum interpretati sunt grammatici, ad ipsas singularum eius fabularum scaenas tractandas earumque quo extructae erant ornatum describendum nos vertamus.

Acharnenses

Acharnensium fabulam scaena non mutata actam esse sunt qui putent, quorum alii in scaena et Atheniensium urbem et rus, alii vicum solum aliquem urbis depictum esse dicunt; homines docti enim fere omnes, ne mutatam esse scaenam sumant, anxie verentur, quamvis e nonullis fabulae locis illud statuendum esse in aperto sit.

Initio fabulae, quin poeta nos in Atheniensium forum introduxerit, nemo est qui dubitet, ibique rem inde a versu primo usque ad v. 173 agi inter omnes constat; quo versu 173 renuntiatione praeconis contione dimissa Dicaopolis pace sibi coniugi liberis praedio per Amphitheum facta domum profectus, ubi agrestia Dionysia tandem aliquando post sex belli annos ageret, bacchicam illam pompam instituit (vv. 237—279). Hanc dramatis scaenam in Dicaeopolidis praedio necessario actam fuisse consentaneum est. Dicaeopolis enim, quum iam dudum mutata amoena in agris vita molestis vigiliis urbanisque angustiis, hoc unum ardentissime desideravisset, ut pace facta omnibus, ubicunque vellent ire liceret, nunc impetratis omnibus non potuit quin urbe relicta rus statim rediret[32]. Quod ipse se facturum esse summo cum gaudio indicat vv. 202 203:

ἐγὼ δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεὶς
ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια[33].

Deinde pompam ipsam ruri inque ipsius praedio a Dicaeopolide agi, quamquam iam loco antea laudato satis perspicuum est, tamen iterum poeta cantico illo Dicaeopolidis claris hisce verbis nobis tradidit:

v. 266 *ἑκτῷ σ' ἔτει προσεῖπον ἐς*
τὸν δῆμον[34] *ἐλθὼν ἄσμενος* . . .

Itaque quum hos versus ruri prope Dicaeopolidis praedium actos esse dicendum sit, scaenam quoque mutatam esse inter versus 173 et 234 statuamus necesse est, quaerendum tantum, quonam momento poeta vel scaenam mutari vel Dicaeopolidem domum ire voluerit. Ac ne potuit quidem Dicaeopolis post ipsum versum 173 pulpitum relinquere, neque Amphitheus, Lacedaemoniis *σπονδάς* secum portans regressus alio loco nisi Athenis Dicaeopolidem invenire potuit, neque ipsi Dicaeopolidi priusquam cum hostibus pacem iniisset urbe relicta in praedium redire li-

31 neque Heliodori (Aethiopicorum libri VII cap. 7 versu 42 edit. Hirschigii) verba [*ἕτερον ἐγίγνετο παρεκκύκλημα τοῦ δράματος*], qui unus praeter Aristophanis scholiastas usus fuisse videtur voce *παρεκκύκλημα*, quominus illam huius verbi significationem sumamus cohibent. Iure enim Meinhardum ea vertisse monuit Rostius (p. XII): »*Es stellte sich eine neue Nebenhandlung dar.*«

32 conferas quaeso Equitum fabulae versus 1394 et 1395; Agoracritus Demo puellas induciarum partes agentes tradit, quibuscum in agros ei ire liceat.
ΑΓΟΡΑΚ. *νῦν οὖν ἐγώ σοι παραδίδωμ' ἐς τοὺς ἀγροὺς*
αὐτὰς ἰέναι λαβόντα.

33 cf. quae supra his de versibus disputavimus.

34 Dicaeopolis erat Chollidaeus; Chollidae autem erant agrestis tribus. Dicaeopolidis praedii cum alios locis tum versu 132 mentionem facit poeta.

cuit. Pace autem a Lacedaemoniis impetrata quum ipse statim se in agros contulerit, Amphitheus Acharnenses senes fugere pergit (cf. vv. 185 203). Hi utrum etiamnunc foris an in ipsa urbe eum, qui pacem apportaverit hominem conquirant, dubitari nequit. Nam sequentibus versibus ante Dicaeopolidis praedium stantes eos videmus atque postea cum illo altercantes. Cogimur igitur, ut vel ante chori parodum (inter versus 203 et 204) vel in ea recitanda (versibus 204 sqq.) scaenam mutatam esse sumamus, ita quidem, ut nunc agrestem quendam vicum depictum spectemus, cuius de forma infra pauca erunt adicienda.

Quominus in caeteris fabulae partibus scaenae ornatu iidem semper agrestium et aedificiorum et regionum conspectus praebeantur, graviora quantum video non obstant, quamquam plerique viri docti necessario res in urbe agi dicunt. Namque primum quominus inde a versu 204 usque ad dramatis finem eundem scaenae ornatum asservent, impedimento iis est dialogus ille inter Dicaeopolidem et Euripidem. Quem, quum Phlyensium tribui adscriptus fuerit, non eundem dicunt pagum domicilio habere posse atque Dicaeopolidem Chollidaeum, immo in urbe Euripidem fabulae tempore vitam degisse verisimilius esse putant, re simplicissima nimis spinose observata. Huius enim fabulae Euripidi ita secundas partes agendas tribuit Aristophanes — quae partes a nostratibus *episodische* dici solent — ut et temporis et locorum aequabilitatem negligere ei liceret. Totam illam inter Euripidem et Dicaeopolidem scaenam caeteris interposuit poeta his solis rationibus ut Dicaeopolide tragicorum Euripidis mendicorum vestimentis miserrime exornato hunc ipsum acerrime irrideret et perstringeret. Igitur cum versus illi 385—489 parum arcte cum caeteris fabulae partibus coniuncti sint, nec multum intersit suo proprio in pago Euripidem cum Dicaeopolide colloqui, nihil quominus eandem atque antea scaenam hisce ipsis versibus recitandis servemus, impedit, praesertim quum ne momentum quidem iustum, quo scaenae ornatus mutetur, inveniri possit.

Versu 382 Dicaeopolis Acharnensibus dixit antequam oratione se defenderet opus sibi esse mendicorum vestimentis se induere, quo miserabilior videretur taliaque ab Euripide se petiturum:

v. 383 *νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε*
ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.

Quibus verbis quum carmine quinque dochmiacis versibus satis longo chorus respondeat, scaenam mutari potuisse non negarem, dummodo histrioni pulpitum relinquendi facultas data esset. Per totam autem hanc antistropham — respondent quidem versus 359—365 versibus 385—392 — chorus Dicaeopolidem alloquitur (versu 385 *στρέφει, τεχνάζεις, πορίζεις*; v. 386 *λαβέ*; v. 391 *ἐξάνοιγε*). Quare histrio per omnes hos versus e conspectu discedere omnino non potuit. Scaenam vero praesentibus in ea histrionibus nusquam mutavit Aristophanes exceptis Pacis et Ranarum fabulis, de quibus postea erit deliberandum. Contra illo loco (v. 383 vel 385) etiam si scaenae mutationem statuere liceat [35], tamen quonam loco pristinus scaenae ornatus refici possit explorari nequit. Nam quum versu 479 Euripides Dicaeopolidis molesti hominis taedio confectus domus portas claudi iussisset, sensim ille ad Acharnenses se convertit, metu perculsus *μέλλων ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἀνδρῶν λέγειν*. Sic quum anxie surrepens versus 480—488 enuntiet, versu iam 484 (*γραμμὴ δ' αὐτηί*) ante ipsum chorum, in mediam fere scaenam pervenit, neque in his Dicaeopolidis verbis neque postea in dochmiacis quattuor cum trimetris duobus coniunctis chori versibus 490—495 recitandis fieri potest ut scaena mutetur. Quanam ratiocinatione Mauricius Rapp, cuius librum *Geschichte des griechischen Schauspiel's vom Standpunkt der dramatischen Kunst* semel hoc loco laudasse sufficiat, (pag. 200) orchestram et chorum aulaeo quodam, dum Euripides et Dicaeopolis colloquantur, obtectos velit, ut ita dicam, enodare mihi quidem non contigit.

35 in scaena si hoc loco mutaretur, urbis iterum pars Euripidis domum tabula editam continens depicta conspiceretur.

Quum plura de hac re afferre taedeat, quae ipsi sentiamus explicabimus. Una igitur scaena censeo et Euripidis et Dicaeopolidis aedes repraesentatas neque versu 385 (aut 392) scaenam mutatam fuisse. Sin scholio illo supra (p. 16, III 3) enarrato coactos esse nos existimas, ut *τόπου* certe *μεταβολήν* quacunque scaenici ornatus mutatione efficiendam statuamus, quominus dextram periactum motam esse concedamus, nihil obstat[36]. Euripidis igitur domum si probaverimus iuxta Dicaeopolidis praedium positam fuisse, quomodo in prima Acharnensium usque ad parabasim parte scaena ornata fuerit, non iam erit quaerendum; restat tantum, ut de alterius dramatis partis scaena accuratius inquiramus. — Dicaeopolidem, quum tanto praedii desiderio commotus fuerit ut pacem triginta annorum cum hostibus faceret, actis agrestibus Dionysiis rure Athenas rediisse parum verisimile est. Nec potuit quisquam Athenis, quae aestivo saltem tempore quasi oppugnatione ab Lacedaemoniis premebantur, Peloponnesiis Megarensibus Boeotiis commeatum praebere, nec poetae fingere talia licuit. In agris autem, qui non continuo a Spartanis obsidebantur facile inter Athenienses eorumque hostes commeatus extitit, quem quidem non nisi legibus neglectis hostibus praeberent. At Dicaeopolis pace cum illis facta, forum quod visitarent, in praedio instituit, ita quidem, ut hostibus tantum commeandi facultatem daret, Lamachum prae caeteris hoc foro uti vetaret. — Sic rem contemplantibus facile nobis et ipsam alteram Acharnensium partem inde a parabasi in Dicaeopolidis praedio actam esse persuasum habebimus. Ex duabus tantum caussis paullo accuratius, quid in hac dramatis parte de re scaenica statuendum sit, exploremus. Et primum qui-

36 Albertus Mueller in programmatis gymnasii Lueneburgensis anni h. s. LVI pagina 8 locum sic interpretatus est: *Es deutet die Note des Scholiasten zu Vers 394 gar nicht auf eine Verwandlung der Scene hin, sondern will nur sagen, der Schauplatz ist nicht mehr auf dem Lande, sondern beim Hause des Euripides.*

dem plerique vv. dd. versum 729 afferunt, quo rem in urbe agi probent. Versibus enim 623—625 quum Dicaeopolis mercatum in praedio institutum fuisse palam fecisset, forique terminos[37] post chori parabasin (v. 799 sqq.), ut nemo nesciret notasset, Megarensis quidam venit forum quo tot per annos caruisset summo cum gaudio his verbis quasi salutans:

ΜΕΓΑΡ. ἀγορὰ 'ν Ἀθάναις χαῖρε Μεγαρεῦσιν φίλα.

Nonne miramur quod vv. dd. in hoc loco offensi sint, quum nihil clarius sit, quam si Graecus quidam scriptor de Athenis verba facit, eum non solum ipsam urbem sed pagos quoque eius, qui arctissime cum ea coniuncti erant, in animo habere. Quare de poetae verbis *ἐν Ἀθάναις ἀγορά* haud dubie nobis ex argumento et natura fabulae diiudicare licet, utrum scilicet de urbis ipsius, an de pagi cuiusdam foro verba faciat. Quare quum ex omnibus quae adhuc prolata sunt, clareat ipsius poetae verba fore ut inter se certent, si de urbis ipsius foro hoc loco sermo fieret, certe omnes virorum doctorum dubitationes pro nihilo sunt habendae. Accedit autem quod haud raro, si Graeci scriptores de itinere in Atticam faciendo dicunt *Ἀθηνῶν*[38] nomine utuntur.

Gravior est altera, quam proferunt, caussa qua alteram Acharnensium partem in urbe actam esse persuadere nobis student. Poetam enim dicunt facere non potuisse quin Lamachum[39] qui neque eidem adscriptus fuisset

37 quomodo Dicaeopolis hos fori terminos indicaverit nescio, neque tamen dubitandum esse puto, quin fecerit, quum poeta eum verba loquentum introduxerit:

v. 719 *ὅροι μὲν ἀγορᾶς εἰσιν οἵδ ε τῆς ἐμῆς.*

38 exempli gratia conferas Herod. IX 17 Soph. Oed. Col. 24 nostri Nub. 401 ex Odysseae libro *γ'* 278 sumptum.

39 Lamachi tribum non novimus nisi ex titulo apud Boeckhium (*Staatshaushalt der Athener II 32 b v. 28*) *ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος [. . . ς πρυτανευούσης . . . τῆς πρυτανείας στρ]ατηγοῖς Λαμάχου Κεφαλῆθεν.* Hunc tituli Lamachum nobilem esse illum in bello Peloponnesiaco Atheniensium ducem quominus credamus nihil obstat.

tribui, neque si fuisset tunc bello etiam furente ruri domicilium habere potuisset, nusquam nisi in urbe habitantem fingeret. Ubi igitur ante Lamachi domum res agitur, scaenam Athenis in urbe esse statuunt.

Quum autem demonstraverimus fabulae inde a versu 204 longe maior pars in agris agatur necesse esse locumque quo scaenam istam pristinam repetamus vix invenire possimus, hoc unum poetae concedendum videtur, ut in describendo et ipsius Lamachi domicilio grata neglegentia usus, minus accurate illum vicinum fuisse Dicaeopolidis fingat, quam Aristophanis licentiam negligere liceat. Simili enim ratione poeta in Nubium fabula Socratem Atheniensem et Strepsiadem Cicynnensem vicinos esse finxit eorumque domos eadem in scaena coniunxit. — Nunc quum de scaenae in Acharnensium fabula mutatione satis disquisivisse videamur, ad uberiorem et laetiorem rem transeamus, paullo accuratius, quae res scaenae ornatu depictae fuerint quoque ratione quaesituri.

Primam illam usque ad versum 203 dramatis partem quum iam ex argumento comoediae in foro vel alio Athenarum publico loco agi facile intellegamus, ipsis poetae verbis scaenae ornatu Pnycem depictam fuisse edocemur (vv. 19 20):

ΔΙΚΑΙΟΠ. ὡς νῦν ὁπότ' οὔσης κυρίας ἐκκλησίας
ἑωθινῆς ἔρημος ἡ πνὺξ αὑτηί[40].

Vix autem maiore cum iure dicere possumus, quomodo ipsa Pnyx picturis repraesentata fuerit, num porticus et publica aedificia, stoae vel deorum templa civiumque aedes depicta fuerint, quum Pnycem ipsam non noverimus, immo ubi sita fuerit, ignoremus. Hoc unum pro certo haberi posse mihi videtur, prytaneum conspici, quo vv. 124 125 praeco Pseudartabam invitat, et positam fuisse prytanei illius ianuam ante eam scaenae portam, quae vulgo 'valvae regiae' appellatur. Quominus scaena, ut etiam similior esset Pnycis, subselliis cancellisque, quae versu 25

40 cf. quae supra (p. 2) de hoc versu disserui.

verbis περὶ τοῦ πρώτου ξύλου significantur, ornata fuerit, quamquam opus non erat, nihil esset quod prohiberet, nisi quod postea scaenae mutatio propter demovendas illas difficilior facta esset.

Secunda fabulae in scaena et agrestis Dicaeopolidis domus et Lamachi Euripidisque aedes depictas fuisse demonstravimus. Et quum plerumque res prope Dicaeopolidis praedium agantur, et protagonistae qui quidem in Acharnensibus Dicaeopolidis partes agebat, domicilium ad 'valvas regias' situm esse soleat, Dicaepolidis praedium inter tria illa aedificia medium locum obtinuisse verisimillimum est. Sed dubium est[41], quamquam hoc non ita multum interest, utrum Lamachi an Euripidis domus a dextro — vel a sinistro — latere Dicaeopolidis villae fuerit. Qua in exigua re nobis ansa extrema fabula praebetur.

Versibus enim 1095—1142 postquam Dicaeopolis, ut ad Dionysi sacerdotem epulatum potatumque iret, Lamachus ut in bellum contra latrones Boeoticos egrederetur, armis hic, omni cibi genere ille sese exornaverunt, inter chori septem anapaesticorum versuum (1143—1149) carmen uterque abiit. Illos anapaesticos versus ea ratione hoc loco a poeta positos esse, ut ad eorum rhythmum Lamachus et Dicaeopolis, tardius ingredientes discederent, facile intellegitur. Deinde autem quum Lamachus Boeotorum finibus exercitum adducere a praecone iussus esset, ideoque per sinistrum aditum pulpitum relinqueret, necesse esset, ita res instituenda erat, ut quam longissima ab aedibus usque ad aditum illum via illi esset facienda. Deinde quum eadem via dux bello laesus reducendus sit, dextram scaenae partem Lamachi domus obtinuisse videtur, unde necessario sequitur, ut Euripides a sinistro Dicaeopolidis latere domicilium habuerit.

Cuius domum maeniano extructam fuisse verbis edo-

41 quum Albertus Mueller de hac re dubitanter iudicet (Acharnensium editionis p. 73 v. 394) non nullius fructus fore videtur, hanc simplicissimam rem perpaucis verbis attingere.

cemur, quibus Dicaeopolis uxorem in tectum ascendere iubet versu 262:

ΔΙΚΑΙΟΠ. *σὺ δ' ὦ γύναι θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους.*

Ianua porro opus erat mobili quum per eam saepissime Dicaeopolis eiusque familia vel intrarent vel pulpitum relinquerent. Fieri autem potuit ut cibum quem secum portaturus erat Dicaeopolis, coram spectatoribus servus in culina pararet, praesertim quum iam antea (v. 1007) Dicaeopolis et veru sibi afferri, in quo coturnices assaret, ignemque incendi (v. 1014) iussisset et chorum luculentissimae coenae cupidum reddidisset versu 1011:

ΔΙΚΑΙΟΠ. *τί δῆτ' ἐπειδὰν τὰς κίχλας ὀπτωμένας ἴδητε;*

Itaque arbitror, si culinam in scaenam depictam fuisse conicere licet, quia rusticis in aedificiis separata a domu ipsa, in cortibus scilicet, designari solebat [42], hoc quoque loco eam eodem quo alias fiebat modo ab ipso Dicaeopolidis praedii aedificio disiunctam fuisse.

Lamachus Euripidesque aedium portis quum saepius utantur et hae mobiles fuisse statuendae sunt. Euripidem quum e superiore loco verba cum Dicaeopolide facientem in hyperoo sedentem poeta finxerit, et ipsius tragici domum coenaculo editam depictam fuisse apparet. Quaerendum autem est, quum inter se dissentiant vv. dd., quo loco Dicaeopolidi squamosi illi ac sordidi tragicorum heroum ornatus oblati traditi induti sint.

Postquam chorus antistrophum illam dochmiacam (vv. 385—392) cecinit, Dicaeopolis tandem a se impetrat, ut ad Euripidis domum sese conferat. Pulsante illo verbis *παῖ παῖ* (v. 395) ianuam [43], servus quidem Euripidis egreditur, quaerentique illi num domi sit herus, eum in superiore domus parte tragoedias scribere narrat, foras eum

42 Vitruv. VI 6 (9): in corte culina, quam calidissimo loco designetur. . .

43 una cum verbis *παῖ παῖ* similibusque in comoediis portam pulsare solitos fuisse Graecos edocemur: Nub. 132 133 Av. 56 57 Ran. 37 38 460 464.

vocare sibi non licere, domum deinde intrans portam occludit. Iterum tunc Dicaeopolis ianuam pulsat, nunc quidem ipsum Euripidem blande nominans *Εὐριπίδη Εὐριπίδιον*. Hic quum Dicaeopolis ut descenderet in scaenam, postea ut eccyclematis saltem machina usus in conspectum prodiret, petiisset quamquam tempus sibi deesse dixit, tamen vehementius illi instantiusque precanti obsecutus evolvi se iussit. Altiorem autem hunc, in quem machina productus erat, locum eum reliquisse et in scaenam, ut vult Fritzschius [44], descendisse quominus statuamus dilucidis illis versus 409 verbis *καταβαίνειν δ' οὐ σχολή* prohibemur. Euripides igitur, postquam eccyclemate in museo sedens tragoediasque scribens productus est, per totum cum Dicaeopolide dialogum superiore illo loco mansit et eadem, qua venerat machina spectatorum ex oculis remotus est. Quo modo autem hoc loco eccyclemate usus fuerit Aristophanes dici nequit, quum ipsam hanc machinam parum cognitam habeamus. Dicaeopolidem domum Euripidis non intrasse intellegimus versu 479. Videmus enim Euripidem servum iubere ianuam occludere (*κλῇε πηκτὰ τῶν δόμων*) non autem curare ut domo ille discedat. Omnium contra in conspectu versibus 435 sqq. Dicaeopolidem vestimenta mutasse in propatulo est. Nam inde a versu 432 quibus Euripides servum *Τηλέφου ῥακώματα* Dicaeopolidi dare iussit, usque ad huius inter Euripidem et Dicaeopolidem dialogi finem (v. 480) locus inveniri nequit quo datam facultatem videmus Dicaeopolidi discedendi de scaena ut vestem mutet. Quum enim a servo Telephi Mysii ornatus allati essent, sustulit eos Dicaeopolis ut fissa et lacerata vestimenta et ipse videret et spectatoribus monstraret (v. 436 *ὦ Ζεῦ δ ι ό π τ α*

44 Fritzschius Thesmoph. editionis pag. 95: 'Accedit Dicaeopolis ad ianuam domus Euripideae, invenit ibi Cephisophontem ianitorem, qui apertis foribus tragicum nunc maxime occupatum esse ostendit: at ille clamorem tollit rogatque Euripidem, de superiore aedium parte despicientem, ut per eccyclema in scenam d e s c e n d a t; q u o d i l l e c u m a e g r e r e p u g n a n t e r q u e f e c i s s e t . . .'

καὶ κατόπτα πανταχῇ); quo facto et pileum aliaque quae tragicum illum claudicantem heroa decent ab Euripide petiit totumque ornatum sibi induit. — Hac igitur tota in scaena Euripidem in superiore domus loco sedentem, Dicaeopolidem prope ianuam poetae domus adstantem, servum singula quae Dicaeopolis ab hero petierat vel ex hyperoo vel ex alio post scaenam loco apportantem videmus.

Indicanti mihi, qua quisque histrionum scaenae porta usus fuerit, quum vel intraverit vel exiverit ut brevius propositum assequar, simplicioribus nominibus singulas scaenae portas appellare liceat idque ita ut quas valvas regias dicere solemus, hac in dissertatione portam A quae proximae sunt dextram B sinistram C nominem. Histrionum autem praeter periactos aditus — quae intrandi in scaenam ratio apud nos »*aus den Coulissen*« dicitur — dexter D sinister E (orchestrae parodi dexter F sinister G) appellabuntur.



Π περίακτοι

intrant [45]	versu	porta vel aditu	exeunt
κήρυξ πρυτάνεις Ἀθηναῖοι Ἀμφίθεος τοξόται	40 sqq.	D (et A ?)	
οἱ παρὰ βασιλέως πρέσβεις	61	E [46]	
Ψευδαρτάβας σὺν δυοῖν εὐνούχοιν	94	E [46]	
	126	A	*Ψευδαρτάβας πρέσβεις*

45 Dicaeopolis iam initio fabulae in Pnyce conspicitur.
46 quia ex externis terris veniunt.

	133	E	*Ἀμφίθεος*
Θέωρος	134	E [46]	
Ὀδομάντων στράτος	155 sq.	E [46]	
	173	A	*Θέωρος πρυτάνεις*
		D	*κήρυξ Ἀθηναῖοι τοξ. Θρᾶκες*
Ἀμφίθεος	175	E	
	202	E	*Δικαιόπολις*
	203	D	*Ἀμφίθεος*
	scaenae mutatio		
χορός	204	F	
Δικαιόπ. θυγάτηρ οἰκέται γύνη	241	A	
	262	A	*γύνη*
γύνη	262	A* [47]	
	283	A	*οἰκέται θυγάτηρ*
	327	A	*Δικαιόπολις* [48]
Δικαιόπολις	331	A	
	365	A	*Δικαιόπολις* [49]
Δικαιόπολις	365	A	
τόπου μεταβολή.	dextra periactus movetur.		
θεράπων Εὐριπίδου	395	C	
	402	C	*θεράπων Εὐρ.*
Εὐριπίδης	409	C–*	
θεράπων Εὐρ.	434 [50]	C	
. . . .	post 445	C	
. . . .	post 449	...	
. . . .	post 456	...	
. . . .	post 460	...	
. . . .	post 465	...	
	479	C–*	*Εὐριπίδης*
		C	*θεράπων Εὐρ.*

47 asterisco * indicavi histriones in superiore aliqua scaenae parte conspici, obelo – productos eos esse machina.

48 cf. chori versus 329 330:

ΧΟΡΟΣ . . . . μῶν ἔχει παιδίον
τῶν παρόντων ἔνδον εἶρξας;

49 cf. v. 359 *ΧΟΡΟΣ τί οὖν οὐ λέγεις ἐπίξηνον ἐξενεγκὼν θύραζ'.*

50 post versum 434 similesque qui sequuntur in Euripidis domum se confert servus, statim rediturus.

dextrae periacti retrorotatio

Λάμαχος	572	B	
	625	A	Δικαιόπολις
	. . .	B	Λάμαχος
Δικαιόπολις	718	A	
	728	A	Δικαιόπολις
Μεγαρεὺς κόραι	729	E	
Δικαιόπολις	750	A	
οἰκέτης Δικαιοπόλιδος [51]	805	A	
	815	A	Δικαιόπολις
συκοφάντης	815	D	
Δικαιόπολις	824	A	
	828	D	συκοφάντης
	835	A	Δικαιόπολις κόραι
	. . .	E	Μεγαρεύς
Βοιωτὸς δοῦλοι αὐληταί	860	E	
Δικαιόπολις	864	A	
	866	E	αὐληταί
οἰκέται παῖδες Δικαιο-πόλιδος	867	A	
	893	A	οἰκέτης [52]
	958 [53]	E	Βοιωτὸς δοῦλοι Νίκαρχοι φέροντες
θεράπων Λαμάχου	959	B	
	968	B	θεράπων Λαμάχου
	976	A	Δικαιόπολις
κῆρυξ α'	1000	D	
	1002	D	κῆρυξ α'
Δικαιόπολις	1003	A	
οἰκέτης vel οἰκέται [54]	1007	A	
γεωργός	1018	D	
	1036	D	γεωργός
παράνυμφος νυμφεύτρια	1048	D	
	1068	D	παράνυμφος νυμφεύτρια

51 *ΔΙΚΑΙΟΠ.* ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων.

52 *ΔΙΚΑΙΟΠ.* ἄλλ' ἔσφερ' αὐτήν.

53 liberos et servos Dicaeopolidis, siquidem post hunc (893) versum in scaena remanserunt, postea tamen versu 976 cum ipso Dicaeopolide domum intrare opus est.

54 cf. v. 1047
ΔΙΚΑΙΟΠ. ὀπτᾶτε ταυτὶ καὶ καλῶς ξανθίζετε (= v. 1141).

κῆρυξ β'	1071	D	
Λάμαχος	1072	B	
	1077	D	κῆρυξ β'
κῆρυξ α'	1085	D	
	1095	D	κῆρυξ α'
θεράπων Λαμάχου	1096	B	
οἰκέτης Δικαιοπόλιδος (μάγειρος scilicet)	1097	A (in culina)	
inter chori versus 1143—1149		D	Δικαιόπολις οἰκέτης
		E	Λάμαχος θεράπων
θεράπων Λαμάχου	1174	E	
Λάμαχος σὺν οἰκέταις	1190	E	
Δικαιόπολις δύο πόρναι	1198	D	

Quomodo exierint histriones dramate ad finem peracti in quaestione de Avium se scaenica disputavi.

Equites

In docenda Equitum comoedia multo simpliciore quam in Acharnensium fabula scaenae ornatu Aristophanes usus est, qua autem ratione id fecerit ignoramus.

Totam enim hanc fabulam uno eodemque loco, Athenis scilicet, ante Demi senis aedes actam esse non dubitamus, etiamsi versibus 749—751 [55] scaenam mutatam esse indicari videatur. Dixit enim Demus se nusquam nisi in Pnyce diiudicare posse, utrum *Ἀλλαντοπώλης* an *Παφλαγών* sapientior sibique commodior esset. Qua de re in sequentibus versibus iudicium habetur, ita ut rem in Pnyce agi statuendum videatur. Sed neque aptus scaenae mutandae locus inveniri potest, neque omnino mutatione opus est, quum mutata scaena alium quendam conspectum nancisceremur. Ab initio enim dramatis usque ad hunc locum (v. 751) eius urbani vici imagine opus erat, in quo Demus habitabat; post versum autem illum quum in alia

55 v. 749 *ΑΛΛΑΝΤΟΠ.* ναὶ καὶ διάκρινον δῆτα, πλὴν μὴ 'ν τῇ πυκνί.
ΔΗΜΟΣ οὐκ ἂν καθιζοίμην ἐν ἄλλῳ χωρίῳ
ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε. χρὴ παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα.

tantum Athenarum parte, in Pnyce scilicet, res ageretur urbana iterum — ut ita dicam — scaena (*staedtische* vel *Stadt-Decoration*) repraesentata erat.

Sed diutius in tali exigua re explananda versari longum est, iniustissimeque tempus terere. Considerandum tantum est quid caussae habuerit poeta cur inde a versu 749 rem in Pnyce actam voluerit. Semel tantum tota illa in scaena Pnycem ipsam commemorat, et ita quidem ut Demo duris Pnycis lapidibus insedenti Agoracritus pulvinum afferre possit:

v. 783 *ΑΛΛΑΝΤΟΠ. ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει*
σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως,
οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ῥαψάμενός σοι τουτὶ φέρω. ἀλλ' ἐπαναίρου,
κᾆτα καθίζου μαλακῶς . . . . . .

Neque difficile est demonstratu Aristophanem, quum postea rem in Pnyce agi omnino nolit, scaenae mutationem in animo non habuisse, ita ut iudicium illud ante aedes Demi lapidi cuidam in pulpito sito insedentis factum esse statuere nobis liceat. Quominus autem totam comoediam in Pnyce actam arbitremur, et ita quidem ut Demum in ipsa Pnyce, vel in aedificio ad eam sito habitantem finxerit poeta, neque est, quod obstet, neque quo haec sententia nobis probetur.

Utut res se habet, repraesentatum erat scaenae ornatu Demi domicilium prope mediam scaenae frontis portam situm, valvisque erat instructum, quibus saepius et Demus ipse et servi eius utuntur quibusque impensa erat iresiona (cf. v. 739).

Iam nihil restat, nisi ut de versibus 1316—1334 eorumque de re scaenica quaeramus.

Agoracritus Paphlagone ex aedibus Demi expulso, dicit se Demum, ut Medea Peliam senem coquendo reddidit iuvenilem, *καλὸν ἐξ αἰσχροῦ* fecisse, nunc illum in *ἰοστεφάνοις* illis Athenis habitare et iis quidem, quales antea Aristidis Milliadisque temporibus fuerint, monstrat et choro et spectatoribus valvis opertis splendidissimum quendam conspectum atque laudibus admirabilem pulcherrimam urbem efferre et celebrare eos iubet. Tunc chorus summo gaudio affectus admirans laetam repraesentatam imaginem

ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι,
(v. 1329)

primum recitat, deinde quum Agoracritus Demum quoque iis monstraverit (vv. 1131 1132) et hunc ipsum velut Graeciae regem salutat.

Videtur igitur Demus non ante versum 1331 in conspectu fuisse ita ut antea Athenae illae *ἀρχαῖαι* pictura solum repraesentatae fuerint. Poetam hoc loco Athenas sub humana forma produxisse, quia paullo post *σπονδαί* eaeque puellarum speciem praebentes intrant, persuadere mihi non possum, neque habeo, quo veteris urbis imaginem conspectam fuisse probaverim[56]. Hae autem puellae *σπονδάς* repraesentantes ante versum 1389 non conspiciebantur, quum hoc ipso versu prodire eas Agoracritus iuberet. Usas fuisse, quum intrarent, valvis regiis (A) inde facile colligitur, quod Agoracritus iam diu eas in Demi aedibus habitasse et a Paphlagone celatas fuisse dixit.

intrant	versu	porta vel aditu	exeunt
οἰκέται α' β'	1	A	
	98	A	*οἰκέτης β'*
οἰκέτης β'	101	A	
	111	A	*οἰκέτης β'*
οἰκέτης β'	115	A	
ἀλλαντοπώλης	146	F	
ἀλλαντοπώλης	150	in pulpitum escendit.	
	154	A	*οἰκέτης β'*
Παφλαγών	235	A	
χορός	246	F	
	481	D	*Παφλαγών*
	497	D	*ἀλλαντοπώλης*
	497	A	*οἰκέτης α'*
ἀλλαντοπώλης	611	D	
Παφλαγών	691	D	

56 excepto, si quidem huc afferre licet versu 1328:
(*ἀρχαῖαι Ἀθῆναι*) . . . *ἵν' ὁ κλεινὸς Δῆμος ἐνοικεῖ.*

Δῆμος	728	A	
	972	A	*Παφλαγών*
	. . .	D	*ἀλλαντοπώλης*
Παφλαγών	997	A	
ἀλλαντοπώλης	997	D	
	1110	A	*Παφλαγών*
	. . .	D	*ἀλλαντοπώλης*
Παφλαγών	1150	A	
ἀλλαντοπώλης	. . .	D	
	1152 [57]	E	*Παφλαγών*
	1262	A	*Δῆμος ἀλλαντοπώλης*
Ἀγοράκριτος	1316	A	
Δῆμος	1331	A	
σπονδαί	1389	A	
	1408	A	*Δῆμος Ἀγοράκριτος σπονδαί*
		F	*χορός*

Nubes

Quum persuasum mihi habeam Nubium fabulam non ita in scaenam productam esse, qualis nobis altera editione facta tradita est, nullius fructus fore puto si eius scaenicum apparatum indagaturi essemus. Fieri tamen potest, ut caeterarum comoediarum quae ad rem scaenicam attineant, recte et dilucide observatis et pertractatis, tunc quoque de duabus Nubium editionibus earumque re scaenica certum iudicium capiamus.

Vespae

Quamquam Schoenbornius recte iam monuit (p. 213) Vesparum scaenam non mutatam esse scaenaeque ornatu Phliocleonis villam depictam fuisse tamen in huius fabulae rem scaenicam accuratius inquirendum nobis relinquit quum nonnullos versus ad hanc rem spectantes minus recte interpretatus sit.

57 quominus Paphlagonem iam hoc versu exiisse statuamus, versu 1407 pronomine ἐκεῖνος non prohibemur.

Rustica aedificia repraesentata fuisse scaenae ornatus picturis ex tota fabula intellegimus, ut singuli loci afferendi non videantur; versus autem agressuri quibus edoceamur quo scaenae loco domus positae fuerint et quomodo instructae tali inquirendi ratione utemur, ut ordine eorum servato, quae ex singulis cognosci quaeant, monstremus.

Initio quidem fabulae Sosiam Xanthiamque Bdelycleonis servos videmus ante domus portas vigilantes, ne Philocleon in iudicium elabatur, idque graviter dormitantes. Xanthias tum expergefactus spectatoribus fabulae argumentum expositurus Bdelycleonem herum in coenaculo aedium dormientem ostendit vv. 67 68. Quos versus parum recte intellexisse videtur Schoenbornius, quum aedium tectum planum fuisse hoc ipso loco probare studeat (p. 324). Bdelycleonem non in ipsis tegulis, id quod vult v. d., sed in superiore domus parte, in coenaculo conspectum fuisse inde facile concluditur, quod τέγος vocabulum saepius idem atque ὑπερῷον significat. Neque erunt, qui a poeta Bdelycleonem hiberno tempore (cf. v. 260 sqq.) cubile in tecto sub coelo ponentem prudenter fictum esse putent. Contra illud ὑπερῷον erat ita constructum, ut dormientem illum suis oculis conspicere possent spectatores. Versu 135 expergefactus et ipse Bdelycleon patre per caminum effugere conante e superiore loco servos eum retinere iussit et ita quidem, ut alter posteriorem domus partem custodiret, alter porta ipsa antica niteretur. Poeta prudentissime hoc fecit eo consilio, ut trium qui adhuc in scaena erant, histrionum unum removeret, inde a versu 144 Philocleonis partes acturum. Qua de caussa Schoenbornius [58] hoc loco (p. 324) servum per tertiam aliquam portam exiisse dixerit equidem non video. Tamen ut alteram ipsius domus — non stabuli — portam in scaena dipictam fuisse Schoenbornio conceda-

58 ... *eine dritte* (scilicet *Thür*), *die nicht in das Haus führte sondern in den Hofraum 138 und 169, der demnach dem Hause zur Seite, wie der Stall, bis vorn an die Strasse reichte.*

mus, eo cogimur quod Bdelycleon versu 168 non ex eadem porta egredi possit, qua exire, ut servum effugiat, Philocleon vehementissime studet. Mentio autem duarum solum portarum hac in fabula fit, domus ipsius, et cortis portae. Nam Philocleon quominus ex capnodocha evaderet, ab ipso filio impeditus, magnaque aedium ianua — media in scaena posita — frustra concussa retia, quibus omnia aedificia circumtexta erant (cf. v. 132) arrosit. Quum autem ne hac quidem ratione profecturum se aliquid sentiat, Ulixem imitans asino pro illo ariete usus e cortis porta evehitur, statimque a Bdelycleone retinetur inque domum reducitur (v. 196). Iterum tunc in contabulatione conspicitur senex, unde (v. 202 sqq.) lapidibus filium servumque petit. Quum tandem chorus orchestram ingressus sit auxilium illi allaturus, quominus fune deorsum *διὰ τῆς ὀπῆς* (v. 311) demisso in pulpitum descendat, senex a filio Xanthiaque prohibetur inque aedes retrahitur eodem quo fugere conatus erat, fune.

Utrum hac quoque in fabula scaenae picturis culina fuerit repraesentata, an ignis quem versu 812 (*καί πῦρ γε τουτί*) in scaena conspici Bdelycleon dicit, ex aedibus prolatus sit, ne in lite agenda algeat senex, pro certo non habeo; tamen, quia saepius culinam in scaenis iuxta agrestia aedificia depictam esse videamus, hac quoque in fabula conspectam eam fuisse existimo.

Tota igitur scaenae pictura Bdelycleonis villam continuit [59] quae quidem posita erat inter stabulum illud culinamque, contabulatione extructa duabus portis fenestris camino ornata atque initio certe dramatis retibus obtecta. Domus autem porta (scaenae porta A) clathrata fuisse videtur, quum Philocleon etiam tunc in aedibus occlusus (vv. 157—174) colloquens cum servo et filio conspiciatur et audiatur a spectatoribus [60]. Ut discamus quomodo Philo-

59 Schoenbornius urbis quoque partem dextro scaenae latere inconspectu fuisse arbitratur, quia Philocleon eo se ad epulas confert, quam sententiam mihi quidem non probavit.

60 cf. quae de clathrata arcis Athenarum porta ad Lysistratae fabulam disserui.

cleon et Bdelycleon variis rebus auditorium sibi comparaverint, ipsius poetae verba (vv. 800—825) perlegisse sufficiet.

intrant	versu	porta vel aditu	exeunt
Σωσίας Ξανθίας	1	in pulpito	dormientes
Βδελυκλέων		in maeniano	conspiciuntur.
	138	A	*Σωσίας*
Φιλοκλέων	144	— *ἐκ καπνοδόχης*	
Βδελυκλέων	146	— in tegulis	
	155	de tegulis	*Βδελυκλέων.*
Βδελυκλέων	168	B	
	173	de porta A recedit	*Φιλοκλέων*
Φιλοκλέων ὄνος	179	C	
	198	A	*Φιλοκλέων*
	198	C	*ὄνος.*
χορός παῖδες δ′ [61]	230	F	
Φιλοκλέων	316	A*	
Φιλοκλέων	394	fune in pulpitum se demittere coepit.	
Βδελυκλέων Ξανθίας	395	A*	
	403	A*	*Φιλοκλέων*
παῖδες δ′ χοροῦ	414	F	
Βδελυκλέων Ξανδίας	414	A	
Φιλοκλέων	430	A	
οἰκέται	434	A	(mox abituri)
οἰκέτης τις κίστην φέρων	529	A	
	799	A	*Βδελυκλέων Ξανθίας*
Βδελυκλέων	806	A	
	834	A	*Φιλοκλέων*
Ξανθίας	835	A	
	843	A	*Ξανθίας*
Φιλοκλέων	844	A	
οἰκέτης πῦρ φέρων	860	A (?) an ex culina	
Ξανθίας	891	A	
	1008	A	*Φιλοκλέων Βδελυκλέων Ξανθίας*
Φιλοκλέων Βδελυλέων Ξανθίας	1121	A	
	1264	D	*Φιλοκλέων Βδελυκλέων Ξανθίας*

61 secundum Beerium pag. 49 sq.

Ξανθίας	1291	D	
	1325	A	*Ξανθίας*
Φιλοκλέων	1326	D	
αὐλητρίς	1342	ex orchestra in pulpitum ascendit.	
Βδελυκλέων	1360	D	
	1382	E	*αὐλητρίς*
ἀρτοπῶλις	1387	D	
	1414	D	*ἀρτοπῶλις*
κατήγορος κλητήρ	1415	D	
	1441	D	*κατήγορος κλητήρ*
	1449	A	*Φιλοκλέων Βδελυκλέων*
Ξανθίας	1474	A	
Φιλοκλέων	1482	A	
ὁ μέσατος Καρκίνου υἱός	1500	F	
ἕτερος Καρκινίτης	1505	F	
τρίτος Καρκινίτης	1508	F	
Φιλοκλέων	1516	in orchestram descendit [62].	
Καρκίνος	1531	F	
χορὸς Φιλοκλέων Καρκίνος Καρκινῖται	1537	F	

Pax

Pacis scaenam tractaturis de duplici fabulae editione quaestio missa nobis est facienda, id tantum spectandum, quonam scaenae ornatu quae servata est Pax in scaenam producta sit. Et duplici scaena terrae et coeli, quum clarissime argumentum fabulae II 30 supra laudatum scaenam *ἐκ μέρους μὲν ἐπὶ γῆς, ἐκ μέρους δὲ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ* esse moneat, quin opus esse sumamus facere non possumus. Quaeritur solum quonam fabulae loco scaenae mutationem statuamus, quaque theatri parte (orchestra pulpito theologeo) aut terra aut coelum repraesentata fuerint.

Rem inde ab initio fabulae usque ad versum 149, postea iterum inde a versu 819 usque ad finem dramatis in terra ante Trygaei villam agi, versuumque 179—728

62 cf. pag. 56 sq.

actionis locum coelum, superumque palatia esse omnes consentiunt. Quae solito veterum tragoediae more in ea superiori scaenae parte, quam *θεολογεῖον* vocant, repraesentata fuisse, sunt qui putent, iidemque Trygaeum cantharo (i. e. machina *κράδη* vel *αἰώρημα*) vehentem e terra (i. e. e pulpito) in coelum (i. e. in theologeum) escendisse dicunt. Quo in theologeo postea, quae in coelo agi voluit poeta, repraesentata esse dicunt, dialogos scilicet inter Mercurium Trygaeumque inter Polemum Kydoimumque, scaenam, qua in luce protrahunt rusticorum chorus Mercurius Trygaeus Pacem Oporam Theoriam deas, dialogum denique inter Mercurium Trygaeum chorum. Qua in re valde miramur, quod comicus tot personas, inter quas *τὸ τῆς εἰρήνης κολόσσικον ἄγαλμα* [63], easque vehementissime gesticulantes — tales enim *πόλεμος* et *κύδοιμος* se praebeant ex re ipsa necesse esse apparet — in exiguum illud superius pulpitum producere non dubitaverit. Theologeum ita usurpatum apud tragicos, quamquam non omnino evitari potuit,rarissime tamen invenimus. Aeschyli septem, quae quidem servatae sunt, tragoediarum in Prometheo sola plures in theologeo versantes videmus histriones, Vulcanum Vim-Robur ipsumque Prometheum, illos tantum colloquentes. In Agamemnone *φύλαξ* ille solus per primos fabulae versus in turri (scilicet theologei quadam parte) sedens conspiciebatur. Una tantum in Psychostasia fabula complures personas easdemque metu valde commotas in theologeum producit poeta, sed et has quidem ipsas secundum Welckeri [64] probabilem sententiam mutas. Conspiciebantur autem, quod saepissime in artis monumentis expressum videmus, Iupiter, Thetis et Eos, ille Achillis Memnonisque animas ponderans, hae precibus eum ut filio victoriam daret obtestantes. Euripideae Orestae extremam partem in aedium contabulatione (scilicet in theologeo) agi satis cognitum est; sed quattuor illarum, quae hoc alto loco in conspectu

63 Duebneri prolegomena de comoedia XIII 20 *κωμῳδεῖται δὲ ὅτι καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης κολόσσικον ἄγαλμα ἐξῆρεν.*

64 Welcker Aeschyl. Trilog. p. 432

erant personarum unus Orestes verba facit, caeteras Hermionam, quam ille gladio percussurus est, Electram Pylademque aedes incensuros in hac quidem dramatis parte κῶφα πρόσωπα finxit poeta.

Ex his prolatis tragici plus quattuor personas in superius illud pulpitum non produxisse videntur, ita ut si tale quid apud comicum inveniremus, valde miraremur.

Nec omnino Pacis versus 179—728 in theologeo agi potuisse facile me demonstraturum esse spero. Nam Trygaeum Mercuriumque a choro iussos et ipsos Pacem deam ex antro liberare, unum cum choreutis funem trahere recte monuit Iulius Richter [65]. Deinde, quia si duo vel plures homines multo interposito intervallo funem trahunt, nihil proficiunt et absurdum praebent conspectum, ut inter histriones choreutasque funem trahentes spatium intercederet, nullo modo fieri potuit. Quod quidem fieret, si hac dramatis scaenae in theologeo agerentur. In solemni igitur illo pulpito deorum regiam repraesentatam fuisse statuimus. Quum autem opinionem meam acceptum iri spero opus non est Richteri Schoenborniique sententias, qui et pulpito et theologeo illis in scaenis usum fuisse Aristophanem dicunt, multis verbis refellere.

Versu 149 Trygaeus cantharo insidens filiolis valere dicit versuque 178 iam ante deorum palatia advenit, ita ut scaenam hos inter triginta versus mutandam esse constet. Quod quomodo factum sit recte Geppertus p. 166 demonstrat, quum dicat: »*Die Illusion des Steigens aber wurde dadurch hergestellt, dass die Scene um ihn herabgelassen wurde und eine Decoration sich zeigte, die den Palast des Zeus darstellte. Das Haus mit seiner Umgebung versank und der Himmel liess sich statt dessen mit seinem Göttersitz sehen. Sobald dies geschehen war, stieg Trygaeos von seinem Mistkäfer ab und befand sich jetzt vor der Wohnung des Zeus. Die Zeit, die man dazu brauchte, um die Verwandlung, die nur allmählich geschehen konnte zu bewerkstelligen füllte der Dichter mit einer*

65 Pacis editionis p. 35

Monodie aus, die 18 anapästische Dimeter enthält.« Quam quidem Gepperti sententiam Robertus Enger Musei Rhenani voluminis noni (1854) pag. 570 valde reprehendit, quum moneat Trygaeum iam versu 80 μετέωρον omninoque per aliquod temporis spatium machina suspensum fuisse, quod si Geppertum sequeremur fieri non posset. Nihilominus recte hic indicasse mihi videtur. Trygaeus enim versu 82 Pegaso suo vehens in suilis tecto — si quidem extremam suilis muri partem tectum appellare licet, qua de re infra disputandum erit — conspicitur, unde cum puellis colloquitur, tunc illis servoque qui adhuc aderat amotis, ipse machina paullo tollitur ibique pendens versus illos anapaesticos recitat. Iam quum vici sui imagine e conspectu remota Iovis palatia compareant, ipse cum cantharo deorsum in pulpitum devolat ibique illo descendens deorum ianitorum egredi iubet. Postea lapidibus coacervitis, quibus antrum [66] qua Pax dea occlusa retinebatur, obtectum erat, aspectis una cum Mercurio choro quid faciendum esset demonstravit funemque in antrum demisit. Tunc choreutae scalae, quae ex orchestra in scaenam ducit, gradus ingredientes inter se histrionibusque, qui in pulpito versabantur, quam poterant proximi unitis viribus Pacem deam [67] et Theoriam Oporamque eam sequentes protraxerunt. Quo facto Trygaeus cum Theoria et Opora domum revertit Pace dea in coelo manente [68]. — Inter primam chori deinde parabasim pri-

66 de hac ipsa Pace eiusque, in quod illuserunt Eupolis Platoque comici signo ab Aristophane in scaenam producto, alio loco spero, accuratius inquirere licebit.

67 hoc quidem antrum in scaena, non item in orchestra fuisse Geppertus l. l. demonstravit.

68 Pacem deam non in terram cum caeteris descendisse, iam qui scholion ad versum 842 scripsit grammaticus vidit quo de scholio supra actum est. — E versibus 725 sqq. Pacem deam in Olympo mansisse non evenit, quia ut scripti sunt versus ad fabulae argumentum non quadrant. Trygaeus enim quum cantharum amplius non conspiceret, anxie e Mercurio quo modo in terram rediturus esset rogavit, et quum ille καλῶς respondisset τηδὶ παρ' αὐτὴν τὴν

stina scaena repetitur, ita ut iterum Trygaei villa in conspectu sit, ante quam inde a versu 842 usque ad finem drama agitur. Quemnam in locum Trygaeus Theoriam deam duxerit aut duci iusserit (vv. 868 sqq.) quum Richterus (sexto ad Pacis fabulam prolegomenon capite) per dextrum aditum (D) eam exiisse demonstraverit, non iam quaerendum est.

Trygaei praedium simili fere modo atque Dicaeopolidis Acharnensium in fabula, Blepsidemi in Pluto Aristophanea, in scaena depictum erat. Agrestium aedificiorum exiguam formam et speciem praebens cortibus stabulisque circumdatum erat, inter quae suile illud, in quo 'Pegasum' sibi alebat Trygaeus. Per domus ianuam, quae quidem mediae scaenae frontis portae respondebat, ipse Trygaeus eiusque familia pulpitum aut intrat aut relinquit. Suili contra porta quidem non opus erat, foraminibus autem, quae aperuerunt servi ut monstrosum cantharum aspicerent eique putidum cibum porrigerent. Tecto suile ornatum esse neque opus erat [69], neque ornari potuit, quum Trygaeus summa in camera primum conspiceretur. — Ab altero ipsarum Trygaei aedium latere culina erat, in qua (vv. 1030 sqq.) carnem assant epulasque parant Trygaeus et servus. Utrum autem culina vel suile dextra an sinistra scaenae parte posita fuerint, quum ad finem perducere nequeamus, disquisitionem praetermittimus. Neque Seegero assentire possumus, qui quum minime necesse sit, in contignatione domus dicit (nota ad Pacis fabulae versionem quinta) apparuisse Trygaei filias, patrem ne tantum facinus iniret, obsecrantes.

θεόν, Theoriam et Oporam ipsam sequi iussit, verbis *δεῦρ' ὦ κόρα ἕπεσθον ἅμ' ἐμοὶ θᾶττον.* Ex hac *ἕπεσθον* verbi forma duas una cum Trygaeo deas abiisse constat, itaque dualem numerum etiam versu 726 restituendum eses puto:

ΕΡΜΗΣ . . . . θάρρει, καλῶς;
τῃδὶ παρ' αὐτὼ τὼ θεώ.

69 noli mirari stabulum tecto carens; saepius enim etiam nunc ruri suilia tectis non instructa invenies.

Deorum autem palatia, utrum regiae alicuius modo ornata fuerint, an nubibus extructa nec scimus, nec si sciremus, magnum inde haberemus commodum. Unam vero ianuam palatia, eamque in media scaena habuisse constat. Si igitur duas quas tractavimus scaenas machinaeque usum numerum et actorum et mutarum personarum signum denique illud Pacis deae permagnum, quod produxit poeta, respexeris, suo iure grammaticum dixisse iudicabis: *τὸ δὲ δρᾶμα τῶν ἄγαν ἐπιτετευγμένων.*

intrant	versu	porta v. aditu	exeunt
οἰκέτης α' et *β'* iam initio fabulae in scaena versantur.			
	49	B	*οἰκέτης β'* [70]
Τρυγαῖος	82	B_*	
κόραι	114	A	
	146	A	*οἰκέτης α' κόραι*
scaenae mutatio (vv. 150—172)			
Ἕρμης	130	A [71]	
	233	D vel E	*Ἕρμης*

Trygaeus versu 233 sese occultat, ita quidem ut a spectatoribus conspici possit.

intrant	versu	porta v. aditu	exeunt
Πόλεμος	236	A	
Κύδοιμος	255	A	
	262	A	*Κύδοιμος*
Κύδοιμος	268	A	
	276	A	*Κύδοιμος*
Κύδοιμος	280	A	
	288	A	*Πόλεμος Κύδοιμος*
χορός	301	G	
Ἕρμης	362	D vel E	
Εἰρήνη Θεωρία Ὀπωρα	520	ex antro, quod in dextra aut sinistra scaenae parte conspiciebatur.	

70 versum 50 cum Richardo Porson aliisque servi B esse censeo.

71 Mercurius, quum deorum sit ianitor ex ipsa maxima ianua progrediatur oportet, non ex minore quadam domus porta; postea autem quum Polemum iratum aufugiat, in quamvis scaenam partem sese recipit.

	728	E	*Τρυγαῖος Ὄπωρα* *Θεωρία*
		A	*Ἑρμῆς Εἰρήνη*

pristinus scaenae ornatus repetitur.

Τρυγαῖος Ὄπωρα Θεωρία	819	E	
οἰκέτης	824	A	
	855	A	*οἰκέτης Ὄπωρα*
οἰκέτης	868	A	
	906	D	*οἰκέτης Θεωρία*
οἰκέτης	921	D	
	937	A	*οἰκέτης*
οἰκέτης	937	A	
	938	A	*Τρυγαῖος*
Τρυγαῖος	938	A	
	1021	A	*οἰκέτης*
	1033	A	*Τρυγαῖος*
Τρυγαῖος οἰκέτης	1039	A	
	1040	A	*οἰκέτης*
οἰκέτης	1042	A	
Ἱεροκλῆς	1050	D	
	1126	D	*Ἱεροκλῆς*
	....	A	*Τρυγαῖος οἰκέτης*
Τρυγαῖος οἰκέτης	1194	A	
δρεπανουργός	1197	D	
	1208	A	*δρεπανουργός*
ὅπλων κάπηλος ὁπλο- *πώλης*	1209	D	
	1264	D	*ὅπλων καπηλος ὁπλο-* *πώλης*
παῖδες Λαμάχου καὶ *Κλεονύμου*	1265	A	
	1294	D vel E	*παῖς Λαμάχου*
	1315	A	*παῖς Κλεονύμου Τρυγαῖος*
Τρυγαῖος Ὄπωρα οἰκέται *(συμπόται?)*	1329	A	

v. 1357 histriones una cum choro exeunt [72].

72 cf. quae de hac re postea in quaestione de Avium re scaenica explicabo.

Aves

Unam tantum eandemque simplicissimam scaenam adhibuit Aristophanes in pulcherrima omnium producenda fabula. Namque argumentum, quo Schoenbornius versibus 1565 sqq. altera Avium scaena Nephelococcygiam avium urbem repraesentatam esse probasse sibi videtur, levissimum tantum esse mox tibi persuadebis. Neptunus enim postquam cum Hercule Triballoque ad upupae nidum venit, his regionem demonstrans

τὸ μὲν πόλισμα τῆς Νεφελοκοκκυγίας
ὁρᾶν τ ο δ ὶ πάρεστιν

dicit. Qua voce *τοδί* Schoenbornius nisus [73] contendit hoc loco ipsam avium urbem, vix conditam conspiciendam fuisse. Sed ubinam erat haec urbs? num erat re vera ab avibus aedificata? Iris dea de coelo in terram devolatura nec portas eius nec moenia vidit, quum tota esset ex auris extructa omninoque Pisthetaeri eiusque amici et avium animis esset ficta. Qua de caussa Neptunus quum versus illos recitasset digitum sursum intendere sociisque auram esse nobile illud avium oppidum monstrare debuit, ut rectius quam caeteri vv. dd. interpretati sunt, Droysenus vertit: »*da oben ist die Feste Wolkenkukelheim.*« Neque debemus Aristophanem reprehendere, quod vulgarem sermonem neglexerit: res enim, quam hoc loco pronomine *ὅδε* significat, omnino si conspici posset, hic etiam omnium in conspectu esset. Concidit igitur tota Schoenbornii mutandae (versu 1565) scaenae argumentatio. Est autem scaena ut recte in argumento fabulae scriptum invenimus avium in regno in regione scopulosa et saltuosa.

Depicta erat in scaena silva, mediaque in ea scilicet ante mediam eius portam, upupae nidus situs erat. Iuxta quem loco aedium aliis in fabulis repraesentatarum positum culina erat sita, in quam Pisthetaerus Euelpidesque

73 cf. quae supra huius de pronominis usu tractata sunt.

pace cum avibus facta quae armorum loco habuerant vasa totamque supellectilem abscondunt et ubi postea Pisthaerus ut Herculem dulcissimi cibi cupidine ad pactum cum Iove ineundum faciliorem reddat, turdos assat.

Quum de ipso scaenae ornatu quae dici possint, desint, unum tantum ut inquiramus restat, quomodo scilicet initio fabulae Pisthetaerus et Euelpides intraverint et quo loco finito dramate exierint. Et primis comoediae versibus plus semel dicunt illi Athenienses inter saxa iter sibi faciendum esse simulque a graculo iuberi *ὀρθὴν ὁδὸν* et sursum ascendere. Hoc ut fieri possit, necesse est inde ex orchestra per scalam in pulpitum escendant ita quidem ut quum per dextram orchestrae parodum (F) intraverint, versu 52 in ipsum pulpitum veniant. Erunt qui negent licere histrionibus per orchestram prodire eamque illos omnino intrare vetent. Atque suo iure orchestram solis choreutis vindicant, quum rarissime histriones alio loco atque in pulpito (vel in theologeo) agentes videamus. Neque unquam in orchestra versantur histriones, nisi primum ingressuri aut peracto dramate denuo egressuri. Quam ob rem illud fiat invenire non potui, hoc mox explicabo. Sic Agoracritum Equitum fabulae versu 149 per orchestram easque scalas quae illam cum pulpito coniungunt, intrare sumemus, si quidem ipsius poetae verba primamque apud Duebnerum scholiastarum adnotationem sequi volumus, qua histrio *ἐκ τῆς παρόδου ἐπὶ τὸ λογεῖον ἀναβαίνειν* iubetur [74].

Paullo fusius de earum fabularum exodiis dicendum erit, quibus histriones relicto pulpito una cum choreutis in orchestra canant et saltant. Saepius enim histrio, quum chorum sequi iusserit, splendida cum eo pompa cantica recitans theatrum — sive logeum sive orchestram — relinquit.

74 Acharnensium versum 732

ΜΕΓΑΡ. *ἄ μ β α τ ε ποττὰν μᾶδδαν, αἴ χ' εὕρητέ πᾳ.*

hoc quidem loco non attuli, quia pro librorum forma *ἄμβατε* verbum *ἔ μ β α τ ε* scholiorum glossa servatum restituendum esse mihi persuasum habeo.

Acharnensium v. 1231 sqq.

ΔΙΚΑΙΟΠ. *ἕ π ε σ θ έ νυν ᾄδοντες ὦ τήνελλα καλλίνικος.*
ΧΟΡΟΣ *ἀλλ' ἑ ψ ό μ ε σ θ α σὴν χάριν*
τήνελλα καλλίνικον ᾄ-
δοντες σὲ καὶ τὸν ἀσκόν

Pacis vv. 1339—1341

ΧΟΡΟΣ *ἀλλ' ἀράμενοι φέρω-*
μεν οἱ προτεταγμένοι
τὸν νυμφίον ὦνδρες.

cf. 1355—1358 *ΤΡΥΓΑΙ.* *ὦ χαίρετε χαίρετ' ἄν-*
δρες, κἂν ξ υ ν έ π η σ θ έ μοι πλα-
κοῦντας ἔδεσθε.

Avium vv. 1755 sqq.

ΠΙΣΘΕΤ. *ἕ π ε σ θ ε νῦν γάμοισιν ὦ*
φῦλα πάντα συννόμων . . . .
. . . *ὄρεξον ὦ μάκαιρα τὴν*
χεῖρα καὶ πτερῶν ἐμῶν
λαβοῦσα σ υ γ χ ό ρ ε υ σ ο ν. . .

Ranarum vv. 1524 sqq.

ΠΛΟΥΤΩΝ *φαίνετε τοίνυν ὑμεῖς τούτῳ*
λαμπάδας ἱεράς, χἄμα π ρ ο π έ μ π ε τ ε.

Pluti v. 1209

ΧΟΡΟΣ . . . . *δεῖ γὰρ κατόπιν τούτων ᾄδοντας ἕ π ε σ θ α ι.*

Qua in Pluti fabula, quamquam pompa non ita magna fuisse potest, tamen uno tempore ac loco discesserint ex theatro chorus histrionesque necesse est. Neque verisimile est peracto fere dramate chorum orchestram reliquisse scaenamque ingressum esse unde cum histrionibus saltans exiturus esset. Histriones autem quum quod iam vidimus per orchestram interdum intrent eadem via discedere pro certo habere possumus. Qua de re ipse poeta Vesparum ultima parte certiores nos fecit. Philocleon enim omnes quicunque sint evocat, ut cum ipso saltandi

certamen ineant. Carcinus venit tribus cum filiis, ad quos ille in orchestram descendit, versu 1514

ΦΙΛΟΚΛ. ἀτὰρ καταβαττέον γ' ἐπ' αὐτούς μοι [75].

Chorus deinde, ut illis saltatione certantes locum det, paullo recedit (v. 1516) canticumque recitat, cuius rhythmo histriones choream adaequant. Qua finita Carcinitae Philocleon choreutae coniuncti orchestram relinquunt. Eadem puto ratione in aliis etiam, quas supra laudavi fabulis histriones una cum choro per orchestrae parodos exire [76].

intrant	versu	porta v. aditu	exeunt
Πισθέταιρος Εὐελπίδης	1	F	
Πισθέταιρος Εὐελπίδης	52	scaenam per scalas intrant.	
τρόχιλος	60	A	
	84	A	*τρόχιλος*
ἔποψ	92	A	
ὄρνις φοινικόπτερος	267	F [77]	
ὄρνις Μῆδος	273	F	
ὄρνις ἔποψ	279	F	
ὄρνις κατωφαγᾶς	287	F	
χορός	294	F	
παῖς τις ὄρνις στέφανον φέρων καὶ ὕδωρ	463	A	
Μανόδωρος, Ξανθίας [78]	656	D vel E	
	657	D vel E	*Μανόδωρος Ξανθίας*
ἀηδών	667	A	
	675	A	*Πισθέταιρος ἔποψ Εὐελπίδης*
Πισθέταιρος Εὐελπίδης	801	A	
	847	E	*Εὐελπίδης*

75 cf. Eccl. 1151 *ΧΟΡΟΣ* . . ἐν ὅσῳ δὲ καταβαίνεις, ἐγὼ ἐπᾴσομαί μέλος τι μελλοδειπνικόν.

76 cf. Schoenbornium p. 327 et 333

77 cf. *Beer* (*Zahl der Schauspieler bei Aristoph.*) *p. 41*

78 hi duo servi Manodorus et Xanthias non Pisthetaeri Euelpidisque sunt, ut voluit Kockius (ad versum 656) sed scaenici quidam ministri, ut Manias ille, cui Cinesias Lysistratae in fabula puerum asportandum tradit. cf. p. 3

παῖς τις ὄρνις κανοῦν καὶ χέρνιβα φέρων	850	A	
ἱερεύς	863	E	
	894	E	*ἱερεύς*
ποιητῆς	904	E	
	955	E	*ποιητής*
χρησμολόγος	950	E	
	991	E	*χρημολόγος*
Μέτων	902	E	
	1020	E	*Μέτων*
ἐπίσκοπος	1021	E	
	1034	E	*ἐπίσκοπος*
ψηφισματοπώλης	1035	E	
	1045	E	*ψηφισματοπώλης*
ἐπίσκοπος	1046	E	
ψηφισματοπώλης	1050	E	
	1055	E	*ψηφισματοπώλης ἐπίσκοπος*
	1056	A	*παῖς Πισθέταιρος*
Πισθέταιρος	1118	A	
ἄγγελος α'	1121	E	
	1163	D	*ἄγγελος α'*
ἄγγελος β'	1170	E	
	1186	D	*ἄγγελος β'*
φέρων τις σφενδόνην (?)	1187	D	
Ἶρις	1188	E *	
	1259	D *	*Ἶρις*
κήρυξ	1271	D	
	1307	E	*κήρυξ*
Μάνης	1311	A	
πατραλοίας	1337	D	
	1371	E	*πατραλοίας*
Κινησίας	1372	D	
	1409	E	*Κινησίας*
συκοφάντης	1410	D	
	1468	D	*συκοφάντης*
	1469	A	*Μάνης Πισθέταιρος*
Προμηθεύς	1494	E	
Πισθέταιρος	1495	A	
	1551	D vel E	*Προμηθεύς*
	1552	A	*Πισθέταιρος*
Ποσειδῶν Ἡρακλῆς Τριβαλλός	1565	E	

Πισθέταιρος μάγειρός τις ὄρνις	versu 1579 in culina sunt.		
	1693	in culinam procedit Ἡρακλῆς quam postea relinquit.	
	1694	E	Ποσειδῶν Τριβαλλός Πισθέταιρος
ἄγγελος	1706	E	
Πεισθέταιρος βασίλεια	1720	E	

Descendunt tunc histriones in orchestram et cum choro exeunt parodo F vel G.

Lysistrata

Priusquam ad Lysistratae scaenam tractandam ornatum eius describendum aggrediamur, quaestio nobis absolvenda est, quae in universam huius fabulae rem scaenicam plurimum valet, de loco dico quem per maiorem comoediae partem mulierum chorus occupatum tenet. Mulieres enim e superiore loco quam senum in orchestra chorus arcem sociasque quae in ea sunt, situlis defendere, praeter Robertum Enger (Mus. Rhen. 1845 pag. 302 sqq.) nemo, ni fallor negat. Illarum autem chorum super orchestram constitisse ex ipsis Aristophanis verbis (vv. 821 sqq.) elucet neque opus erat grammaticum scholio versus 321 [79] rem ita re habere certius affirmare. Quos versus quum obscoenissimam rem contineant hoc loco amplius explicare in animo esse non potest, nam qui illos legerit facillime intellexerit versus 821 sqq. praebere nobis eius rei argumentum minime spernendum. Accedit quod tota inter feminas virosque rixa, quamquam verbis magis quam manibus dimicant, ita est comparata, ut viri ex inferiore loco mulieres quasi oppugnatione premant arcemque ex

79 schol. Lys. v. 321 *πέτου πέτου: νῦν ἐστιν ἡμιχόριον τὸ λέγον ἐκ γυναικῶν εἰσερχομένων ἄνωθεν, ἵνα καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῶν καταχέωσιν ἄνωθεν. τὸ δὲ ἄλλο ἡμιχόριον ἐξ ἀνδρῶν κάτωθεν ἐπερχομένων ταῖς ἐν τῇ ἀκροπόλει εἰς πολιορκίαν.*

'simo' quo versu 254 venerant expugnare conantur. In pulpito igitur mulierum chorum inde a versu 319 usque ad versum 1042 versari statuendum videtur, senum chorum orchestram obtinuisse, in qua pace facta inter se coniuncti canunt saltantque [80]. Iam de postremis chori canticis pauca sunt addenda. Versu 1042 mulierum hemichorium pulpito relicto in orchestram descendisse ibique cum senum choro sese coniunxisse supra vidimus. Canticum tunc (vv. 1043—1075) ex duobus nunc unus factus chorus canit. Postea tamen versu 1188 senes, quum a Lysistrata versibus 1162 sqq. ad epulas invitati sint, in arcem per scaenae valvas regias sese conferunt, remanente in orchestra mulierum choro qui solus versus 1188—1215 recitat. Prodeunt deinde (v. 1247) Lacedaemonii (vv. 1247—1270; 1295—1322) Atheniensesque (vv. 1279—1294) chori [81], mox cum mulieribus dramate ad finem peracto una pompa orchestram relicturi.

Actionis locum inde a versu 254 ante Athenarum arcem esse fabulae et argumento et verbis colligendum est. Senum enim chorus ubi primum in orchestram venit, se ad eam arcis partem pervenisse dicit, quae *τὸ σῖμον* appellabatur. Hic arcis acclivis locus erat theatri pulpitum. In scaena autem ipsa Atheniensium acropolis depicta erat, propylaeis et templis illis splendidissimis ornata [82]. Conspiciebatur quoque *τὸ πελασγικόν*; hoc enim murum fuisse illum existimo in quo mulieres versibus 829—884 versantur, stationemque habent custodes [83]. In

80 cf. v. 1042 *ἀλλὰ κοινῇ συσταλέντες τοῦ μέλους ἀρξώμεθα.*

81 de triplici in Lysistratae fabula adhibitó choro Beerium conferas (p. 95) cui tamen in eo non assentio, quod Atheniensium chorum (v. 1188) orchestram non reliquisse dicit.

82 cur picturam in qua splendida depicta erant aedificia sumptuosiorem fuisse dicunt Genellius (p. 255 nota 10) et Geppertus (p. 158) quam scaenam tenues aedes repraesentantem, intellegere non possum.

83 cf. v. 849 *ΚΙΝΗΣΙΑΣ σὺ δ' εἶ τίς ἡ 'κβάλλουσά μ'; ΛΥΣΙΣΤΡ. ἡμεροσκόπος.*

summo autem muro rem egisse feminas claret versibus 864 [84] 873 [85] 874 883 884 [86], quibus Cinesias Myrrhinam uxorem descendere iubet, Lysistrata se illam demissuram esse, ipsaque Myrrhina degressuram se pollicetur. Hic murus necesse est porta sit ornatus, quae quidem scaenae valvis regiis respondeat, per quam mulieres ex arce prodeant eamque intrent, posteaque viros ad epulas comitentur. Quae porta clathris occlusa fuisse videtur, si quidem versus 1216—1241 recte interpretamus. Primum autem refellenda est Ravennatis libri editionumque quae eum secutae sunt, scriptura qua versus 1216—1220 ἀγοραῖος quidam recitasse dicitur. Huius autem vocis varias interpretationes afferre, quum nihil illa ratiocinatione proficeremus, practermitendum est. Meinekii vero versuum 1216—1241 inter personas distributionem, quam in editione statuit, libenter accipio, eo excepto, quod verba, quae vir doctissimus Atheniensi A dedit (versus 1216—1220 1222—1224 1228—1240) servo qui hero ex epulis redeunti facem praefert tribuenda puto versumque 1221 recitatum esse a choro. Servum enim in hoc dialogo verba fecisse Ravennate codice intellegimus quo versu 1221 θεράπων verbum adscriptum invenitur. Totam igitur scaenam sic fere instituemus. Servus quidam ebrius [87] ab epulis ex arce veniens portam eius occlusam invenit, qua re vehementer custodes aperire eam iubet. Quos quum verbis non obsequantur face quam manibus tenet incensurum se minatur. Sed quamquam tales solitas in comoediis facetias taedio sibi esse dicit, tamen si choro vel spectatoribus placeat, hoc se facturum esse profitetur. Neque tamen custodes de porta recedunt, quamquam chorus lubentissime (versu 1221) assentatur, nec prius portam aperiunt,

cf. schol. v. 864 κατελθοῦσα ἀπὸ τοῦ τείχους ὅπου ἐφύλασσον οἱ ἡμεροσκόποι.

84 v. 864 ΛΥΣΙΣΤΡ. φέρε νυν καλέσω καταβᾶσά σοι.

85 v. 873 ΚΙΝΗΣΙ. κατάβηθι δεῦρο. = v. 874 883

86 v. 884 ΜΥΡΡΙΝ. . . καταβατέον.

87 cf. Beer p. 93

quam servus Lacedaemonios mox adventuros esse dicit, qui postquam Ἀθηναῖος (Meinekii Ἀθηναῖος B 1225—1227 et 1241) servusque (1228—1240) altercati sunt, versu 1242 prodeunt. Versu autem 1240 custodes quum Lacedaemonios nondum spectarent, portam iterum clausuri erant, quod quominus facerent, servus cohibuit.

Ex prolatis apparet, servum non ante versum 1224 in ipsum pulpitum prodiisse, versusque 1216—1224 post scaenam (scilicet post arcis portam) recitasse. Tamen videretur clareque audiretur necesse erat, quod ut fieret clathratis foribus opus erat.

Num Panis antrum Clepsydraque (vv. 911—913) et caupona, in quam probuli ministri sese recepisse videntur, Victoriaeque, ex qua versibus 317 et 318 senum chorus auxilium petit, templum in scaenae velamentis vel in periactis repraesentata fuerint, quamquam nihil est quod obstet, pro certo affirmari nequit.

Iam quaerendum est, num eundem hunc quem descripsimus arcis conspectum scaena praebuerit initio fabulae versibus 1—253. Versu 5 Lysistrata dicit Calonicam vicinam ἐξέρχεσθαι domo, ita ut Colonicae domum in scaena depictam statuere debeamus [88], iuxta quam conspiciuntur Lysistratae aedes, unde haec amphoram calicemque adportandas curat [89]. Quas domus eadem in scaena una cum arce depictas esse non posse quum dubitari nequeat, duae Lysistratae fabulae scaenae sumendae nobis sunt, mutationem autem statuemus inter versus 253 et 254, quum pulpitum reliquerint histriones, orchestram nondum intraverint choreutae. Praebuit igitur hic prior scaenae ornatus urbis conspectum, pluresque in via publica aedes, quarum duae portis instructae erant, quae aperiri occludique poterant. Inter illas, quae erant Lysistratae mediam tenuerunt scaenam, quo ex latere Calonicae sitae fuerint diiudicari nequit. Sed respondebat huius Calonicae domus ianua scaenae portae B vel C.

88 cf. supra p. 14

89 v. 199 ΛΥΣΙΣΤΡ. φερέτω κύλικά τις ἔνδοθεν καὶ σταμνίον.

Mira est quam Schoenbornius (p. 288) de circumagenda sinistra periacto protulit, sententia. Intrant enim versibus 77 Lampito Lacaena, 85 Boeotica [90] quaedam mulier, 90 Corinthiaca, versuque 244 domum procedit eadem Lampito. Schoenbornius tribus versibus 85 90 244 periacti sinistrae rotationem fieri censuit ita ut versu 244 ea quae primum conspiciebatur, repetatur pictura. Versu contra 77 machinam non movendam esse his verbis confirmat: »*bei ihrem* (sc. Lampitus) *Auftreten tritt sicher keine Drehung der linken Periakte ein, da diese Gegend, von der früher dort Eintretende kamen, nicht genauer bezeichnet ist.*« Si res ita se habet, intrante Corinthiaca femina eadem pictura conspiciatur necesse est, quum una eademque via atque Lacaena e Peloponneso in Atticam venerit. Statuenda igitur esset, quam Schoenbornius evitare studuit, machinae retrorotatio, neque amplius tunc, quia eadem atque qua venerat, via regrediatur Lacaena necesse est, movenda erat sinistra periactus. Itaque quum id, quod Schoenbornius triplici in hac scaena machinae rotatione efficere voluit, prorsus non efficiatur, frequensque inter paucos versus periacti usus universae veterum rei scaenicae parum conveniat sinistram periactum his versibus 77—244 omnino non rotatam esse dicendum est.

intrant	versu	porta vel aditu	exeunt
Λυσιστράτη	1	A	
Καλονίκη	6	B	
γυναῖκες	65	D	
Μυρρίνη Ἀναγυρουντόθεν	66	D	
Λαμπιτώ Λάκαιναι [91]	77	E	
νεᾶνις Βοιωτία	85	E	
Κορινθία	90	E	
Σκύθαινα [92]	184	D	
πρόσπολός τις τῆς Λυσιστράτης	199	A	
	244	E	*Λαμπιτώ*
	253	D [93]	caeteri qui sunt in pulpito histriones
	scaenae	mutatio	
χορὸς γερόντων	254	F	
χορὸς γυναικῶν	319	D	
πρόβουλος τοξόται [94]	386	D	
Λυσιστράτη	430	A	
γυνή α' (Meinekii)	439	A	
γυνή β' (Meinekii)	443	A	
γυναῖκες	456	A	
	610	D	*πρόβουλος τοξόται*
	613	A	*Λυσιστράτη γυναῖκες*
Λυσιστράτη	706	A	
γυνή α' [95]	728	A	
γυνή β'	735	A	
γυνή γ'	742	A	
γυνή δ'	760	A	
	780	A	*Λυσιστράτη γυναῖκες α' β' γ' δ'*
Λυσιστράτη	829	A*	
γυνή Μυρρίνη	830	A*	
	844	A*	*γυνή Μυρρίνη*
Κινησίας παιδίον	845	D	
	865	A*	*Λυσιστράτη*
Μυρρίνη	870	A*	
	885	A*	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	889	A	

90 Boeoticae feminae nescio qua de caussa Schoenbornius Lampitus nomen dedit.

91 cf. v. 244

92 fueritne *ἡ Σκύθαινα* iam antea in scaena et qua porta introierit nescio.

93 cf. quae supra de versus 246 voce *εἰσιοῦσαι* disputavi (p. 11 sq.).

94 de probuli ministrorum numero varias variorum vv. dd. sententias afferre deque eis disceptare non nostrum est.

95 in hac versuum 708—780 inter histriones distributione in universum Beerium secutus sum, cuius sententia caeteris melior mihi visa est, quamquam magnus histrionum vel parachoregematum quae dicunt, numerus impedimento mihi est, quominus libenter ei assentiam.

Μάνης	908	D	
	908	D	*Μάνης Κινησίου παιδίον*
	918	A	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	920	A	
	921	A	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	925	A	
	927	A	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	928	A	
	935	A	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	937	A	
	939	A	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	941	A	
	945	A	*Μυρρίνη*
Μυρρίνη	947	A	
	952	A	*Μυρρίνη*
	979	D	*Κινησίας*
κήρυξ Λακεδαιμόνων	980	E [96]	
πρόβουλος	982	D	
	1012	D	*πρόβουλος*
	1013	E	*κήρυξ Λακεδαιμόνων*

χορὸς γυναικῶν per scalas versu 1042 in orchestram descendit.

πρέσβεις Λακεδαιμονίων	1096	D	
Λυσιστράτη	1108	A	
Διαλλαγή	1444	A (?)	
	1187	A	*Λυσιστράτη Λάκωνες Ἀθηναῖοι Διαλλαγὴ χορὸς γερόντων*
θεράπων	1216	A	etiam nunc post scaenam [97] prodit
θεράπων	1224	A	
Ἀθηναῖος	1225	A	
Λάκων	1242	A	
χορὸς Λακώνων χορὸς Ἀθηναίων	1247	A	
Λυσιστράτη	1272	A	
	1322	D	*Λυσιστράτη* (*Ἀθηνῖαος Λάκων* ?)
	1322	F vel G	*χοροὶ Λακώνων Ἀθηναίων γυναικῶν*

96 neque hoc loco rotatione scaenae versilis opus est.

97 de qua re vide supra p. 62.

Thesmophoriazusae

Quomodo Thesmophoriazusarum Aristophaneae scaena ornata fuerit quoque loco mutata ex parepigrapha inter versus 276 et 277 posita colligimus. Nihilominus illis ad finem perductis remanet difficultas in disquirenda re scaenica quam, quum eodem fere modo etiam in Ecclesiazusarum nostri fabula occursura nobis sit, nunc iam data occasione tractandam nobis proposuimus. In utraque enim fabula mulierum chorus cum actoribus caussam suam coniunctim agit, ita quidem, ut quae histriones agant, eadem eodem tempore ac modo ipsi choreutae faciant. Igitur in nostra fabula una cum mulieribus A et B [98] cumque earum praecone versu 295 intrat chorus; et mulieres quae ad Thesmophoriazusarum conventum — i. e. choreutas mulierum partes agentes — verba faciunt ipsae sunt *θεσμοφοριάζουσαι* nec dignitate nec sapientia illis superiores. — In Ecclesiazusarum fabula Praxagora quidem, quum caeterarum quae cum ea ad mutandam rei publicae formam coniuraverint, mulierum longe sit prudentissima, suo iure sola in pulpito versans ex superiore loco ad socias loquitur. Sed et alii histriones, mulierum Ecclesiazusarum partes agant et in pulpito prodeant necesse est, a quibus quidem nulla re mulieres illae a choreutis repraesentatae differunt. Quae tamen quia erant choreutae in orchestra [99] conspicerentur necesse erat, illae ut histriones in pulpito. Nullo alio modo puto hanc difficultatem posse tolli posse nisi quod iam in describenda Pacis fabulae scaena facien-

98 secundum eam quam Meinekius v. cl. tradit personarum distributionem. Secundum Beerii (p. 77): »*Heroldin, erste Frau (Mikka), zweite Frau (Kranzflechterin), Thesmophorienpriesterin (Kritylla).*«

99 choreutas non in orchestra sed in pulpito primum constitisse, unde versu 285 una cum histrionibus exierint, Schoenbornium (p. 329) statuisse valde miror. Totum enim, si tale quid factum esse diceremus, veterum rei scaenicae morem theatrique rationem destrueremus.

dum erat, statuimus chorum interdum scalas inde ex orchestra in scaenam ducentes ingressum esse eoque histrionibus sese appropinquasse. Quod Geppertus[100] de Thesmophoriazusis statuit poetam pulpito et orchestra ita usum fuisse ut omnes *θεσμοφοριάζουσαι* mulieres in orchestra versarentur eaeque solae quae orationes habiturae essent, in pulpitum escenderent, fieri non posse cuique rerum scaenicarum perito digito monstremus opus non erit.

In universum alteram inde a versu 277 comoediae partem et quo theatri loco ageretur inspeximus, nunc in duplicem utriusque Thesmophoriazusarum partis scaenam inquiremus. Duplicem enim scaenae ornatum Aristophanem in producenda Thesmophoriazusarum fabula adhibuisse, qui semel comoediam perlegerit, non negabit. Prima fabulae parte Euripides et Mnesilochus socer eius ad Agathonis aedes venerunt quem evocare servum in publicum prodeuntem iubent (v. 65). Agatho tunc eccyclemate promotus ex aedibus progreditur Euripidemque sese iuvaturum esse promittit. Postquam Mnesilochus muliebribus illius vestimentis indutus est, ipse Agatho (v. 295) revolvitur, Mnesilochus Euripidesque autem versu 277 iam prope *θεσμοφόριον* advenerunt comitante, quae adhuc nondum aderat, Thratta serva. Inde autem a versu 265 usque ad finem dramatis rem in thesmophorio vel ante hoc templum actam esse omnes consentiunt. Igitur inter versus 276 et 295 scaenam mutatam esse statuemus versumque post quem hoc fieri possit indagabimus.

Parepigraphe scholio versus 277 servata locum machinamque, quibus scaena mutata sit, indicat:

ἐκκυκλεῖται ἐπὶ τὸ ἔξω τὸ θεσμοφόριον.

aliam huius parepigraphae formam habet Fritzschius[101], qui pe hac re uberius egit. Quaenam scripturarum variarum

100 pag. 163 not. 1: »*die ganze Scene von v. 295 an spielt offenbar in der Orchestra, indem die einzelnen Redner v. 383 443 466 wie bei Volksversammlungen die Bühne besteigen.*«

101 l. l. pag. 104 *ὀλολύζουσι. τὸ ἱερὸν ὠθεῖται.*

quae traditae sunt, praeferenda sit, quum idem omnes praebeant, nostrum non est discernere. Tamen nostra interest demonstrasse post versum 286 scaenam mutatam fuisse poetamque ad eam mutandam usum fuisse machina quadam seu eccyclemate seu exostra[102]. Reliquerunt igitur versu 276 Mnesilochus Euripidesque pulpitum mox mutata scaena cum serva illa redituri, versuque 279 Euripides iterum abit.

Tota inde fabula ante thesmophorium agitur neque ulla amplius difficultas in re scaenica instituenda oritur, ni forte de illa inter Mnesilochum Andromachae Euripidemque Persae partes agentes scaena verba facienda sint. Non enim desunt, qui Euripidem quasi tragicum illum Perseum imitantem, machina vehentem per auras in terram devolavisse arbitrentur, Mnesilochum liberaturum. Bothius non dubitat quin Pegasus adhibitus fuerit, quum dicat: 'Euripides sub Persae persona lictorem manum sibi tendere iubet, ut ex Pegaso descendat' quod iam Fritzschius rectissime reprehendit. Quum omnino non opus sit in nostra fabula machina *αἰωρήματος* vel *κράδης* — excepto fortasse versu 1014 *οὐ γὰρ ἂν παρέπτετο*, quo nihil certi cognosci licet — non video cur tamen eam adhibitam fuisse statuamus.

Postremo de versibus 930 et 931 pauca addam.

ΠΡΥΤΑΝΙΣ . . . . *δῆσον αὐτὸν εἰσάγων*
ὦ τοξότ' ἐν τῇ σανίδι, κἄπειτ' ἐνθαδὶ
στήσας φύλαττε . . . .

Crux enim cui affigi iubet Mnesilochum prytanis, ipsa praebuit gravissimam viris doctis crucem, quum quomodo fieri possit nesciant, ut lictor Mnesilochum introducat, sc. in aedes (*εἰσάγων* vide supra), ubi (sc. post scaenam) cruci eum affigat (*δῆσον αὐτὸν ἐν τῇ σανίδι*) rursusque eum educat (*ἐνθαδὶ στήσας*). Hoc autem ex solito cruciandi more factum esse ex Charithonis de Chaerea et Callirhoe libro

102 exostrae hoc loco usum fieri non posse Godofredus Hermann demonstravit. (*Ztschrft f. Alterthmsw. 1838 p. 677*)

Δ 2 42 (Hirschigii) obtestari possumus: *Φωραθέντες οὖν ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ἐδέθησαν ἐπιμελεστέρον ἐν ξύλῳ πάντες, μεθ' ἡμέραν δὲ ὁ οἰκόνομος ἐμήνυσε τῷ δεσπότῃ τὸ συμβάν. Κἀκεῖνος οὐδὲ ἰδὼν αὐτοὺς οὐδὲ ἀπολογουμένων ἀκούσας εὐθὺς ἐκέλευσε τοὺς ἓξ καὶ δέκα τοῦς ὁμοσκήνους ἀνασταυρῶσαι. Προήχθησαν οὖν πόδας τε καὶ τραχήλους συνδεδεσμένοι καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὸ σταυρὸν ἔφερε.*

Quae forma Thesmophoriazusarum quidem in fabula fuerit *ἡ σανίς*, versu apparet admodum putido 1119 sq.

De singulis rebus, quae scaenae picturis repraesentatae fuisse possint, dicendum est. Quid caussa sit cur Schoenbornius Agathonis domum his verbis describat: »*das Haus hat θριγκους* (v. 68), *vor sich einen sonnigen Platz* (68) *und stellte sich sicher als ein, wenn nicht prächtiges, so doch äusserst zierliches Gebäude dar, da ein Agathon es bewohnte*« nescio. *θριγκους* vocem usurpantem fecit Aristophanes Agathonis servum pro vocabulo *θύρα*, ut exprimeret poetica illa heri vi servum iam infectum esse; similiter '*πρὸς τὸν ἥλιον*' verba nihil aliud significare quam adiectum *θύραζε* vocabulum facile est intellectu. Quominus autem statuamus domum ipsam crebris variisque ornamentis eleganter extructam fuissse, nihil est quod obstet, nihil, quod cogat ut Schoenbornii sententiam accipiamus.

Ante Thesmophorium autem Cereris Proserpinaeque simulacra, ut *τοῖν θεσμοφόροιν θεοῖν* conspecta fuisse verisimillimum est, quum his duabus Mnesilochus sub mulieris persona sacra offerat. Num autem ipsum illud templum picturis expressum fuerit, discernendi nullam habemus ansam, etiamsi autem eam haberemus quum Thesmophorii et speciem et locum fere ignoremus, nullius nobis esset momenti. Unum tamen certius indagari potest: templi portam valvis regiis respondentem claudi et aperiri potuisse iuxtaque templum aedificium depictam fuisse — ante scaenae portam B vel C — ubi Mnesilochus vinciretur aramque qua versu 695 ille aufugeret et quam *Πρωτέως σῆμα* esse versu 886 significaret in pulpito fuisse. Quam aram agalmatis tabulisque ornatam fuisse ex versibus 770 sqq. apparet.

intrant	versu	porta vel a ditu	exeunt
Εὐριπίδης Μνησίλοχος	I	D	
θεράπων Ἀγαθῶνος	36	A	
Ἀγάθων	96	A—	
Μουσῶν χορός	versus 104—129 post scaenam cantat.		
	265	A—	*Ἀγάθων*
	276	D	*Εὐριπίδης Μνησίλοχος*
	scaenae mutatio		
Εὐριπίδης Μνησίλοχος Θρᾶττα	277	D	
	279	D	*Εὐριπίδης*
	293	D	*Θρᾶττα*
κῆρυξ	294	A	
γυναῖκες	294	D et E	
χορὸς γυναικῶν	295	F	
	458	D	*γυνή β'*
Κλεισθένης	575	D	
	654	D	*Κλεισθένης*
γυνή γ'	760	D	
	764	D	*γυνή α'*

Dum chorus parabasin vv. 785—845 recitat Mnesilochus quaeque cum custodit *γυνή γ'* in scaena conspiciuntur.

Εὐριπίδης ὡς Μενέλεως	870	E	
	927	E	*Εὐριπίδης*
πρυτανίς τοξότης	929	D	
	946	D	*πρυτανὶς γυνή γ'*
	946	B	*τοξότης Μνησίλοχος.*
τοξότης Μνησίλοχος σταυρωθείς	1001	B	
	1007	B	*τοξότης*
τοξότης	1007 [103]	B	
Εὐριπίδης ὡς Περσεύς	1016	E (—*)	
	1020	E (—* ?)	*Εὐριπίδης*
Εὐριπίδης ὡς Ἠχώ	1056	E	
	1064 [104]	E	*Εὐριπίδης*

103 cf. quae Fritzschius recte disseruit nota ad v. 1083.

104 qui sequuntur versus usque ad versum 1077 post scaenam recitat Euripides.

Εὐριπίδης ὡς Περσεύς	1098	E	
	1132	E	*Εὐριπίδης*
Εὐριπίδης ὡς γραῦς Τερηδὼν (v. 1175) *Ἐλάφιον* (v. 1171) *πορναί.*	1160	D	
	1204	B	*τοξότης Ἐλάφιον*
	1209	D	*Εὐριπίδης Τερηδὼν Μνησίλοχος*
τοξότης	1210	B	
	1225	E	*τοξότης*
	1230	F	*χορός*

Ranae [105]

Magnas difficultates praebuit hominibus doctis quaestio de re scaenica Ranarum. Quum enim praeter Genellium omnes qui hanc rem tractarunt, duplici scaena usum fuisse Aristophanem ad docendam fabulam dicant, quo modo hae scaenae ornatae et quo dramatis loco mutatae fuerint, quaque in totius theatri parte — logeo aut orchestra — singulae comoediae scaenae actae fuerint, inter se dissentiunt. Dionysus et servus Xanthias initio dramatis via quadam publica ingredientes Tartarum petituri aspiciuntur, atque ad Herculis domum veniunt viae illi adiacentem. Haec via quanam Graeciae regione, utrum Thebarum esset an Athenarum vv. dd. inde a scholiastis dubitaverunt, quamquam qui aliquantum quid sibi hac fabula voluerit poeta intellexerit, nusquam nisi vico aliquo Athenarum seu Atticae, rem agi potuisse dicet; Dionysus enim quem poeta tragicum quendam probum validumque quaerentem finxit, non dei solum partes agit, sed Atheniensis etiam populi [106]. Actionis igitur locum Athenis fuisse non est dubitandum [107]. Sunt autem, qui Dionysum Xanthiamque per orchestrae parodum intrantes videant, qua de caussa nescio. Nam quum Herculis domus scaenae picturis repraesentata esset, iam versu 35 (*καὶ γὰρ ἐγγὺς τῆς θύρας*) pulpitum ingressi essent, necesse erat. Iam maior occurrit difficultas. Quomodo enim quae in Tartarum inde ab Herculis aedibus ducebat via, scaenae ornatu repraesentata fuerit, ita ut nulla de qua disputari queat, res maneat, vix disceptare possumus.

105 vagas Genellii de Ranarum re scaenica coniecturas afferre allatasque refutare non iam opus erat, tamen, quum in singulis interdum rectum vidisset, non in omnibus rebus praetermittendus erat.

106 Droysen III p. 398: *Der Gott Dionysus, der eigentlich Gott Publicum genannt werden konnte. . . .*

107 Genelli p. 267 . . *denn in der scenischen Voraussetzung* sollten sie (scil. Dionysus et Xanthias) *nirgend anders woher kommen.*

Et primum quidem quaeritur, utrum orchestra lacus ille fuerit Acheronteus, an ille in scaenae picturis repraesentatus. Hoc Geppertus Schoenborniusque nemine viro docto consentiente sumserunt. Nametsi liceret histrionibus de pulpito fabula nondum finita in orchestram descendere, hoc in dramate histrionibus non solum orchestram intrare permittendum esset sed etiam in ea machinis picturisque, quibus lacus ille repraesentabatur utendum esset, cuius rei nullum usquam apud scaenicos poetas exemplum invenitur. Inde sequitur ut *αὐαίνου* ille *λίθος*, apud quem Xanthias herum expectare iubetur, thymelae quam vocant, ara non repraesentari possit — si quidem thymelam aram quandam in orchestra positam fuisse omnino statuimus — simulque ut iocosa illa Dionysi Charontisque navigatio in pulpito fiat, qua peracta (versu 270) actionis locum usque ad comoediae finem Tartarum esse nemo est qui dubitet. De versu 297 [108] pauca addenda sunt, quia nonnulli vv. dd. arbitrantur hisce verbis Dionysum scaena relicta orchestraque quam celerrime percursa ad sacerdotem suum, quem primi graduum ordinis media sella sedisse ex ipsius sellae inscriptione scimus, fugere et ex eo, ut ipsum tueatur petere. Haec fieri non posse, nisi e scaenicorum norma saepius iam laudato sciremus, appareret ex ipsa, quam nunc quidem novimus orchestrae magnitudine spatioque, quod intercedit inter theatri pulpitum primumque illum graduum ordinem. Sufficit ut qui Dionysi partes

108 v. 297 *ΔΙΟΝΥΣ. ἱερεῦ διαφύλαξόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης.*

egit actor in locum, quo ἱερεὺς τοῦ Διονύσου τοῦ ἐλευθερέως sedebat, sese convertat supplicumque voce atque gestu versum illum recitet.

Ranarum igitur in fabula nusquam histriones pulpito in orchestra descendere duabusque scaenis opus esse videmus, quarum una ab initio dramatis usque ad versum 165, altera inde a versu 269 usque ad finem fabulae conspicienda erat. Restat, ut inquiramus quonam modo scaena versibus 166—269 ornata fuerit. Quominus autem scaena inter mortuum illum et Dionysum (166—178) eodem atque quae antecedunt loco agatur nihil obstat. Inde a versu 181 usque ad versum 269 lacum Acheronteum in conspectu fuisse ex versu illo 181

ΞΑΝΘ. τουτὶ τί ἔστιν; ΔΙΟΝ. τοῦτο; λίμνη νὴ Δία.

sequentibusque quibus navigato describitur concludendum est. Sed versibus illis (170—269) nusquam actoribus exeuntibus facultatem datam invenimus scaenae mutandae. Simile ergo aliquid habemus atque in Pacis fabula, quod praesentibus histrionibus scaenam mutandam videmus; qua re sic fere scaenae ornatum instructum fuisse arbitramur.

Primae scaenae uno ex latere (dextro) Herculis domus ex altero (sinistro) lacus Acherontei pars repraesentata erat; Dionysus et Xanthias per dextrum aditum (D) intrant, versuque 35 Herculis aedibus proximi sunt scaenae portae B respondentibus, versu 181, postquam pompa funebris eos praeteriit, ad lacus ipsam ripam perveniunt, qua paullo post versu 182 (χὤστι ὁ Χάρων οὑτοσί) Charon scapham appellit [109]. Dionysus ascendit navem, Xanthias per sinistrum aditum (E) pulpitum relinquit. Nunc autem remigantibus Charonte et Dionyso, canentibus ὑπὸ σκηνῆς ranis prima quam descripsimus scaena dextrorsum ducitur, ita ut primum Herculis aedes, ultimo quae antea in conspectu erat lacus pars dispareat. Sequitur deinde (eius nostris in theatris scaenae ornatus similis, quem

109 rectissime Meinekius Hamakerum secutus versum 180 hoc loco parum aptum delevit.

»*Wandeldecoration*« nos dicimus) totius lacus imago prospectusque Plutonis regiae [110]. Quae simulatque tota conspici poterat a spectatoribus — atque hoc fieri debet eodem tempore quo altercari desinunt Dionysus et ranae — non iam ducitur scaena. Geppertus quidem primam scaenam eodem modo ornatam eamque versu 270 mutatam fuisse dicit (p. 170 sq.): »*Zu Anfang des Stückes ist die Handlung, wie es scheint, in einer ländlichen Gegerd, im Hintergrunde ein See. Mehr nach dem Vordergrunde der Bühne zu mochte das Haus dargestellt sein, aus welchem Herakles hervortritt, der ja eben als Gott an kein besonderes Lokal gebunden war. Das Ganze musste eine Gegend am Acheron vorstellen . . . . Eine Verwandlung der Scene zwischen dem Auftritt mit Herakles und dem mit Charon scheint nicht annehmbar . . . . So fahren Dionysos und Charon den angegebenen See entlang, bis sie den Augen der Zuschauer entschwinden. . . .*« Videtur igitur ille putare Charontis scapham e medio fere pulpito sinistrorsum motam fuisse, ita ut ad emetiendum hoc usque ad periactum spatium, haud ita magnum toto illo chori cantico (209—268) opus esse statuendum erit. Quominus hanc Gepperti de Dionysi navigatione sententiam accipiamus, altera difficultas nos prohibet. Post versum enim 270 mutationem scaenae ponit Geppertus praesentibus in scaena histrionibus. Nam quamquam Dionysum et Charontem spectatorum ex oculis recessisse dicit, versum 270 in pulpito pronuntiatum esse oportet, neque caussa est, cur Dionysus postquam ad eam, quam petierat Acherontei lacus ripam pervenit, scaenam relinquat. Contra si navem Charontis immotam scaenamque in qua lacus depictus erat, ductam eandemque mutatam statuimus efficitur, ut de ipsa navigatione cogitent spectatores, simulque ut alterum quod vidimus incommodum — scaenae praesentibus in pulpito actoribus dico mutationem — evitemur [111].

110 quod per breve temporis spatium, si ita scaenam mutatam fuisse statuimus, Charontis scapha non in ipsa aqua nare videtur, non ita magni momenti esse arbitror.

111 scaenae mutandae rationem, quam nos hoc loco statui-

Iam ad describendum alterum, quem Ranarum in fabula adhibuit Aristophanes, scaenae ornatum pervenimus. In qua Plutonis regia depicta fuisse videtur; quo modo autem haec ornata fuerit, dici nequit. Nam quam Hieronymus Mueller protulit descriptionem [112], insulsissima est universaeque veterum rei scaenicae repugnans. Geppertus quia horribilem Tartari regionem Dionysus metu commotus describit (versu 273 cf. quoque Herculis verba v. 146 sqq.) picturis *»eine schauerige Felsengegend mit drei Häusern oder drei Thüren im Hintergrunde«* repraesentatam fuisse dicit. Cur autem si anxium videmus Dionysum caussam etiam anxietatis spectemus necesse sit, intellegere non possum; neque postea, quum Dionysos Empusam fugeret ipsum hoc monstrum conspiciebatur. Tribus autem scaenae portis, quum non opus esset, et ex una tantum eaque media (A) Aeacus servae Aeschylus Euripides Pluto Dionysus prodirent, hac una tantum porta instructa erat Plutonis regia.

intrant	versu	porta vel aditu	exeunt
Διόνυσος Ξανθίας	1	D	
Ἡρακλῆς	38	B	
	164	B	*Ἡρακλῆς*
νεκρὸς οἱ ἐκφέροντες	170	D	
	179	E	*νεκρὸς οἱ ἐκφέροντες*

scaena ducitur usque ad versum 270.

Χάρων ἐν πλοίῳ	181	E	
	196	E	*Ξανθίας*
	270	E	*Χάρων*
Ξανθίας	271	D	

mus longe distare ab ea, qua alias utuntur scaenici poetae facile est intellectu.

112 Hieron. Mueller Arist. vers. I p. 325 *»Der den Haupteingang zum Palast des Pluton verdeckende Vorhang ist niedergelassen und dadurch eine auf schwarzen Säulen ruhende Vorhalle sichtbar geworden. Breite Stufen führen von der Bühne zu ihr. Pluton (auf einem reich verzierten Throne). . . .«*

χορὸς μεμυημένων	316	F	
γυναῖκες δᾳδοῦχος			
	445	F	*γυναῖκες δᾳδοῦχος*
Αἴακος	464	A	
	478	A	*Αἴακος*
θεράπαινα	503	A	
	518 [113]	A	*θεράπαινα*
πανδοκεύτρια	549	D	
Πλαθάνη	551	D	
	578	D	*πανδοκεύτρια Πλαθάνη*
Αἴακος	605	A	
Διτύλας Σκεβλύας Παρ-	608 [114]	A	
δόκας οἰκέται	673	A	*Διόνυσος Ξανθίας Αἴακος*
Αἴακος Ξανθίας	737	A	
	813	A	*Αἴακος Ξανθίας*
Εὐριπίδης Αἰσχύλος	830	A	
Διόνυσος			
[παῖδες ἄρνα μέλανα			
ἐκφέροντες	847	A]	
[οἰκέτης λιβάνωτον καὶ			
πῦρ φέρων	880	A]	
[Μοῦσα Εὐριπίδου	1306	D ?]	
Πλούτων	1411 [115]	A	
	1481	A	*Πλούτων Διόνουσος Αἰσχύλος Εὐριπίδης Πλούτων*
Πλούτων Διόνυσος	1500	A	
	1533	D vel F cum choro	*Διόνυσος Αἰσχύλος*
	1533	F	*χορός*

Ecclesiazusae

Difficillimam sibi reddiderunt de Ecclesiazusarum re scaenica quaestionem Engerus Schoenbornius vv. dd. Nec ego quidem dicam facile esse hac de re diiudicatu; iudicari tamen potest, si omnino certum aliquid efficere

113 versus 519 520 Hamakerum Meinekiumque sequens delendos puto.

114 nisi cum Meinekio versum interpolatum esse censemus.

115 cf. Beerium p. 83

possumus de chori fabulae initio statione; de histrionum sub mulierum scortorumque personis numero, utrum Blepyrus Chremesque in postremis quoque dramatis scaenis rem agant, an viri illi (Ravennatis codicis) versus 730 sqq. recitantes *ΑΛΛΟΣ* (v. 730) *ΑΛΛΟΣ ΦΕΙΔΩΛΟΣ* (v. 746 sqq.) antea nondum in pulpito fuerint conspecti (Dindorfii editionis Lipsiensis, quintae *ΑΝΗΡ Α*, *ΑΝΗΡ Β*). Praetermissis igitur, quia vires non sufficiunt, omnibus his quaestionibus id solum demonstrare conabimur, ornatum scaenae Ecclesiazusarum in fabula admodum simplicem fuisse. Initio enim viam aliquam publicam Athenarum scaenae picturae repraesentabant, cuius praeter caetera aedificia duae aedes ita portis erant extructae, ut intrare eas et ex iis prodire possent histriones. Domus erant Praxagorae Blepyrique una, vicini (*ΑΝΗΡ* v. 327) eiusque coniugis (*ΓΥΝΗ Α* v. 36) altera. Dextrae ac sinistra respondebant scaenae portis B et C. Eadem scaena, etsi Ravennatis illa *ΑΛΛΟΣ* et *ΑΛΛΟΣ ΦΕΙΔΩΛΟΣ* non Chremis Blepyrique nominum loco essent posita, uti potuit poeta inde a versu 730, ut alium Athenarum vicum actionis esse locum significaret, dextrae tantum periacti rotatione [116]. Itemque factum esse, ut inde a versu 877 usque ad versum 1111 in Ceramico vel *ἐν Πειραιεῖ παρὰ ταῖς πορναῖς* rem agi sciant spectatores, facile intellegimus. His autem versibus 877—1111 tabulatis opus esse duobus aedificiis, puellae una, altera primae anus primo inter has dialogo apparet. Caeterae autem quae postea inter se rixantur, mulierculae, in ea, quae in conspectu erat, vici parte non necessario habitarunt, immo e dextro et sinistro aditu iuvenis clamore adductae prodeunt ad eum captandum. Imagine deinde repetita, quam primum dextrae periacti catablema ante oculos posuit, eodem atque initio fabulae actionis loco usus est Aristophanes.

116 cf. Lohde l. l. quaeque hac de re iam disputavi.

intrant	versu	porta vel aditu	exeunt
Πραξαγόρα	1	B	
χορός	30	F	
γυνή α'	35	C	
γυνή β' [117]	49	D	
γυναῖκες	55	D et E	
	284	D	*πάντες οἱ ὑποκριταί*
	310	F	*χορός*
Βλέπρυος	311	B	
ἀνὴρ	327	C	
	356	C	*ἀνήρ*
Χρέμης	372	D	
	477	D	*Χρέμης*
	477	D	*Βλέπυρος*
χορός	178	F	
Πραξαγόρα	501	D	
Βλέπυρος [118]	520	B	

de versibus 725 729 utrum eidem a quo sequentes 730 sqq. recitati sunt, viro tribuendi sint, an non, quum certi nihil habeam, quaestionem non institutum.

dextra vertitur periactus.

ἀνήρ (Βλέπυρος)	780	B	
ἄλλος φείδωλος			
(Χρέμης)	746	C	
κηρύκαινα	831	D	
	852	E	*κηρύκαινα*
	876	D	*Βλέπυρος οἴκεται*
			Χρέμης

Neque de insequenti inter scorta iuvenemque scaena adhuc probabilem proferre possum sententiam neque quia pravissime libris manuscriptis personarum notae servatae sint eaeque ab editoribus fabulae minus accurate notatae, puto unquam certius aliquid hac in re effectum iri.

117 Meinekium sequar quum multo simpliciorem hac quidem in scaena personarum distributionem praebeat atque Beerius et caeteri.

118 versum 568 a Blepyro recitandum esse Beerius p. 106 recte monuit.

dextrae periacti retrorotatio

θεράπαινα	1112	D
Βλέπυρος μείρακες[119]	1128	B

Inter chori cantica descendunt histriones in orchestram, quam versu 1181 una cum choreutis (porta F exeuntes) relinquunt.

Plutus

Simplicissimus est Pluti fabulae scaenae ornatus. Chremyli villa medium sceenae locum obtinuit, ab utroque latore agrestes depictae erant regiones. Domus illius porta, scaenae valvis regiis (A) respondente, qui vel intrant vel relinquunt illam, caeteri qui pulpitum intrant aut relinquunt histriones aditibus D et E utuntur. Portarum B et C quamquam usum nostra in fabula fieri non opus est, Schoenbornius tamen quum quinque illarum portarum unam otiosam esse eum pigeat, adhibitas eas esse a poeta vult (p. 295).

Per quemnam aditum (aut D aut E) singuli singulis locis histriones intraverint vel exierint, quum disceptatu difficillimum sit, neque omnes hac in re difficultates removeri possint, superfluum fore puto seiunctim enarrare, quibusnam portis usi sint histriones.

119 cf. versum 1138

VITA

Natus sum Ernestus Ioannes Lucius Droysen XXX mensis Septembris die MDCCCXLIV, Chiliis patre Gustavo, matre Maria e gente Mendheim. Cuius in locum praematura morte nobis erepta successit altera mater e gente Michaelis, familiaeque nuper orbae laetissimum addidit incrementum. Fidei adscriptus sum evangelicae. Literarum elementis Berolini Chiliis Ienae imbutus gymnasium adii Vimariense florens tunc Heilando v. cl. rectore. Ibi quum per unum annum versatus essem, Berolini in eius scholae discipulos receptus sum, quae Augustissimi Regis Guilelmi nomen fert, a directore Henrico Krause v. cl. cuius post lugubrem mortem Otto Kuebler dilectissimus scholae directoris munere fungitur. Anni LXIII autumno maturitatis testimonio instructus almam Viadrinam philologicis studiis operam navaturus post duo semestria hanc amoenissimam Rhenanam adii academiam. Ubi quum ter sex menses commoratus essem, Berolinum me contuli, unde anno peracto iterum huc redii. Audivi per quattuor hos annos Bernays Haase Hertz Luebbert Rossbach Vratislavienses, Iahn Maurenbrecher Ritschl Schaefer Schroeder Springer Troschel Bonnenses, Droysen Friederichs Haupt Huebner Kirchhoff Mommsen Trendelenburg Berolinenses. Rossbachii Iahnii Friederichsii benevolentia mihi contigit, ut per totum studiorum meorum tempus exercitationibus adessem archaelogicis. Huebner Kirchhoff Schaefer Schroeder Springer vv. clarissimi benigne me in societates receperunt, philologicas, epigraphicas, historicas, Germanorum leges (Sachsenspiegel et Schwabenspiegel) eorumque artem tractantes.

Quibus viris omnibus, optime de me meritis gratam semper pientissimamque servabo memoriam.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

1 Amm. Marcell. XVI 2_4 hoc propono:
sed cum subsererent quidam, Silvanum paullo ante magistrum peditum, per compendiosas vias, verum suspectas, quia tunc imbribus multis inundabantur, cum VIII auxiliarium millibus aegre transisse, fidentius Caesar audaciam viri fortis imitari magnopere nitebatur . . . (l.: quia tenebris multis umbrantur.)

2 Amm. Marcell. XVI 5_{10} lego:
vetus illud proverbium:
sunt bovi impositae olitellae; plane non est nostrum onus,
Plautum crebro nominans exclamabat.

3 Id quod Carolus Boetticher (»*Ueber den Parth. zu Athen und den Zeustempel zu Olympia je nach Zweck und Benutzung*« in *Erbkam Ztschrft f. Bauwesen II (1852) p. 203*) de significatione vocabuli θυμέλη exposuit — thymelam locum quendam fuisse ara ornatum, in inferiori cella loco situm — idem quadrat ad vetustissimi theatri thymelam explicandam.

4 Carminis nostri Nibelungen nôt 270_1
die in den peyen lâgen und heten wunden nôt
peyen vox 'fenestris' vertenda est.

5 Albertus de Scharfenberg (*juengere Titurel str. 311—416*) Grali illud templum ad exemplum ecclesiae Stae Mariae Trevirensis descripsit.

6 Aevii medii poetas in gymnasiis magis quam nunc fieri solet, esse colendos.